1 2 294

LEXICON

EPIGRAPHICVM

MORCELLIANVM

LEXICON

EPIGRAPHICVM

MORCELLIANVM

VOLVMEN I.

BONONIAE
EX OFFICINA ANNESII NOBILII ET SOC.
A · MDCCCXXXV ·
PERMISSV PRAESIDVM

LEXICON

EPIGRAPHICVM

MORCELLIANVM

BONONIAE
EX OFFICINA ANNESII NOBILII ET SOC·
A · MDCCCXXXV ·
PERMISSV PRAESIDVM

ANNESIVS NOBILIVS ET SOC.

LECTORI

Quum de officina nostra quatuor abhinc annis Excerpta prodiissent suasione Philippi Schiassii ex ejus Lexico Epigraphico Morcelliano a Michaele Ferruccio collecta atque ordinata, in quibus voces et formulae italicae, respondentibus vocibus et formulis latinis frequentioris potiorisque usus subjectis, congestae sunt, exspectabas fortasse, Lector optime, ut, quod a Ferruccio Schiassius postulaverat, Excerpta alia, seu potius Excerptorum pars altera prodiret, in qua voces et formulae latinae, respondentibus vocibus et formulis italicis subjectis, congestae essent. Atque id quidem exsequi Ferruccius constituerat. Sed quum is dono a Schiassio universum Lexicon accepisset, pro Excerptis Lexicon ipsum emittere universum, satius esse existimavit. De quo Schiassius quum ab eodem certior factus fuerit, haud quidem abnuit; hortatus tamen Ferruccium est, quemadmodum et coram, et per litteras quoque hortatus antea fuerat, ut Lexicon diligenter recognosceret; id quod ille cum per se, quoad sibi in plurimis occupationibus suis licuit, tum per Iosephum Fabianium, quem et coram item, et per alias litteras Ferruccio datas Schiassius laboris socium adsciscendum significaverat, sedulo praestitit, immo praestat in praesens, praestabitque in posterum, donec tota Lexici absoluta editio sit. Cujus quidem Lexici in primis Excerptorum paginis specimen est, quod a multis probari Ferruccius intellexit, atque inter ceteros a Caelestino Cavedonio, et Ioanne Galvanio, quos jam inde a prima operis susceptione Schiassius adjutores habuit, nedum ab Alois. Chrysostomo fratre suo, qui Schiassio eodem praeoptante ad Lexicon recognoscendum curas et ipse contulit suas. Igitur, cum nobis Ferruccius Lexicon edendum tradiderit, operi manum, quod felix faustumque sit, nulla jam interposita mora admovebimus. Ac primum Schiassii, quas memoravimus litteras, nostro huic Monito subjicimus, ex quibus etiam apparet, id ipsi nunc esse propositum, ut Excerptis, quae magno et sibi in dies experitur, et aliis usui esse deprehendit, quaeque in Lexici extremo iterum edi forte possint, additamentum aliquando exsistat. Verum enimvero Sermonem quoque attexemus, quem de Morcello paucis ab ejus obitu mensibus in Lyceo Magno Bononiensi, quum adolescentes nonnullos juris laurea donaret, Schiassius habuit; quem quidem Sermonem attexere eo opportunius arbitramur, quod prae ceteris Morcelli laudibus, quibus excelluit, quantum ille fuerit de latina epigraphia meritus, ob oculos apprime luculenterque ponitur. Attexemus insuper Inscriptiones a Michaele Ferruccio pro Morcelli funere Claris peracto, ejusque monumento ibidem posito conditas, quibus majorem in modum summi

illius viri in litteris, ac virtutibus eximiis praestantia elucet. Quum haec omnia Lexico praeponere deliberaverimus, venit ad extremum in mentem Tabulas addere a Schiassio jampridem concinnatas, in quibus paginae editionis Patavinae, quae in Lexico non secus atque in Excerptis citantur, cum paginis editionis Romanae conferuntur; id quod eorum nemini, quos hac de re consuluimus, improbari, immo non peropportunum, ac prope necessarium videri cognovimus. Quocirca universum editionis hujus nostrae consilium quin tu sis, Lector optime, aequi bonique facturus, non dubitamus. At quod potissimum est, id omnium freti judicio speramus fore, ut Lexicon, quod maxima, qua poterimus, diligentia in lucem proferemus, perquam tibi commodum maximeque utile futurum esse debeat. Vale.

PHILIPPI SCHIASSII

AD

MICHAELEM FERRVCCIVM

DE LEXICO EPIGRAPHICO MORCELLIANO

EX MSS. RECOGNOSCENDO AVGENDOQVE

EPISTOLAE DVAE

PH. SCHIASSIVS MICH. FERRVCCIO S. D.

Ea est, Ferrucci praestantissime, tua erga me pluribus abhinc annis mihi perspecta benevolentia, atque omnibus in rebus, quascumque te rogaverim, ad curas molestiasque meas levandas constans, promptaque voluntas, ut cum nudius tertius de supremis meis tabulis (haud quidem ridebis, neque miraberis; annum etenim ago septuagesimum) scribendis cogitarem, aliquod in iis tibi mnemosynon, gratique animi mei pignus dari jubere constituerim. At quando valetudine, summo Dei beneficio, adhuc utor satis bona, consilium mutavi, quodque tibi testamento legare decreveram, inter vivos, ut ajunt, donare satius duxi, ut munusculo meo, quantulumcumque illud sit, ne minimum quidem temporis carere debeas. Munusculum autem quodnam sit, aperio tibi statim, Lexicon nempe meum Epigraphicum Morcellianum, manu tenus exaratum, quod tibi jamdudum, uti ex illo Excerpta tua contexeres, commodavi. Haud equidem dubito, quin illud sis perlibenter accepturus. Scio enim quanti Morcellum facias; ut quidquid ex ejus prope thesauris depromptum fuerit, ut ut nondum opera satis diligenti, neque secundarum curarum studio in ordinem digestum perfectumque, non inutile arbitreris. Enimvero tute ipse, tanti viri Agapes, et Michaelia, quibus Tesseras Paschales subjecisti, in lucem iterum emissurus, cum dictiones ex iis complures interpretatione italica adjecta selegeris, rem te utilem fecisse non tam judicio usus tuo, quam eruditorum consensu, atque approbatione cognovisti. Has porro dictiones cum paullo ante perlegerem, vide quid mihi in mentem venerit, immo vero quid sim illico exsequutus. Primum quotquot earum in tuis e Lexico meo Excerptis jampridem evulgatis deesse comperi, singulas descripsi; alias deinde, quae utriusque nostrum non modo in Excerptis e Morcelli operibus epigraphicis contexendis oculos fugerunt, verum etiam in ceteris ejus operibus inter legendum occurrerunt, tamquam Excerptorum additamentum, congessi: quod quidem cum magno futurum usui stili Inscriptionum Latinarum cultoribus persuasum iu dies magis magisque habeam, dictiones quoque alias ex aliis, quas pro re nata et mihi ipse comparaveram, et tu mecum identidem communicaveras, eas praesertim, quibus tituli, dignitatesque, ac munera nostris hisce temporibus iu usu posita enuncian-

tur, collegi, ordinavique, ac bono in lumine, quoad potui, collocavi. Iam vero isthaec omnia una cum Lexico universo tibi trado, in quibus plura invenies cum ex tuis, tum ex inscriptionibus desompta fratris tui Alois. Chrysostomi, qui non secus ac tu, Morcellum ita imitandum suscepit, ut Morcellianus jure meritoque et habeatur, et sit. Verum enimvero dictiones alias atque alias adjicere, quas vel ex ipso Morcello, vel ex quibusvis perdoctis viris excerpere datum deinceps per occupationes fuerit, animus est. Quin immo auctor tibi sum, mi Ferrucci, istuc ipsum tu quoque ut praestes. At vero id potissimum ut praestes opto, de quo satis nunquam te rogaverim, Lexicon meum ut recognoscas, augeasque, ac, quod maxime interest, emendes. Sed quid ago? Tot scilicet, tantasque tui erga me amoris significationes munusculo hoc meo rependere qui volebam, laborem video tibi me novum injunxisse. Me tamen facti non poenitet. Quam enim libenter cum pro ipsiusmet operis utilitate, tum vero etiam pro tuo mihi gratificandi studio hunc quoque sis laborem suscepturus, plane novi, qui nempe ingenium, sedulitatem, humanitatem tuam, uno verbo, qui te novi. Gratias igitur tibi ago quammaximas in antecessum; utinam aliquando referre nonnullas possim. Cura diligenter valetudinem tuam et litterarum bono, et tuo.

Has tibi litteras reddet Ios. Maphaeus Schiassius Dominici fratris mei filius, qui an eas tu gratas, vel potius quam gratas habueris, referet. Quamquam autem certo scio, eas te pergratas habiturum, id tamen si fratris filii relatu confirmatum intellexero, erit mihi gratissimum. Etiam vale.

VIIII. K. Iul. A. MDCCCXXXIII.

PH. SCHIASSIVS MICH. FERRVCCIO S. D.

Quod tibi, Ferrucci suavissime, facturum me significavi, teque probare intellexi, facere modo coepi, faciamque in posterum pro opportunitate; tradidi scilicet hodie mane primum Lexici Morcelliani fasciculum, tradamque reliquos deinceps Ios. Fabianio nostro, qui eos (id quod te rogaveram, tuque pro summa tua in me benevolentia pollicitus mihi fueras, verum in praesens occupationibus nimium multis distentus praestare non potes) diligenter perpendet, quaeque de iis animadverterit, tecum, quoad commodo tuo fieri poterit, communicabit, tuoque judicio subjiciet. Tu vero nosti ejus ingenii aciem, sollertiam, sedulitatem; quas quidem et ipse novi, ut mittam nunc de sacrarum disciplinarum doctrina, de politiorum litterarum, optimarumque artium eruditione, de linguarum graecae praesertim, atque hebraicae cognitione dicere: at singularem ejus praeterea sum erga me expertus humanitatem; ut nihil dubitem, quin ille sit Lexici hujus recognoscendi, atque ad trutinam revocandi molestiam, utique non mediocrem, aequo animo subiturus. Vale, mi Ferrucci, meque, quod facis, in tuis habere perge.

Kal. Maiis A. MDCCCXXXIII.

SERMO

HABITVS

IN LYCEO MAGNO BONONIENSI

V. NON. IVL. A. MDCCCXXI

QVVM

NONNVLLI

LAVREA IVRIS SACRI ET CIVILIS DONARENTVR

IOAN. BAPT. GOFIO ALEXIANO

IVRISCONSVLTO

PHILIPPVS SCHIASSIVS

Vno eodemque die et abs te, Gofi mi suavissime, et a Paullo Bedoschio Canonico Curione, cive tuo, litteras accepi, in quibus cum de magni Morcelli amissione tristissimum mihi nuncium attuleritis, ejus epitaphium ut conficerem, uterque vestrum postulabat. Ego vero quamquam sexcentas ejusmodi inscriptiones panxerim non gravate, attamen sive quod fuerim argumenti magnitudine deterritus, sive ne alumnorum, amicorumve ejus officia praeverterem, eam ut pangerem, nescio quomodo, ne volens quidem a me ipse impetrare potui. Vos igitur etiam atque etiam rogavi, quam abs me inscriptionem requirebatis, eam ut ex aliis (neque enim desunt qui conficere et apprime valeant, et fortasse etiam cupiant) vobis compararetis. Nonnullas autem generis prope ejusdem, quas minime exspectabatis, ultro ipse a Michaele Ferruccio exarandas curavi, ne omnino seu in Morcellum, seu in vos viderer inofficiosus. Atque has quidem ad Bedoschium misi. Mitto nunc ad te Sermunculum, quem hoc mane de Morcello habui, quum de more Iuvenes nostros juris laurea donassem. In eo mihi et de te incidit mentio, eaque, uti agnosces, peropportuna. Hunc velim, quae tua est in me humanitas, libenter accipias; tecumque reputes, hac me lucubratiuncula aliquid et tibi, et Bedoschio pro infecta inscriptione rependisse. Quod si feceris (quin autem sis facturus, non dubito) erit id mihi ita gratum, ut nihil supra. Cura diligenter valetudinem tuam, meque ama.

Antequam has litteras tabellioni traderem, cum me Ferruccius convenisset, monuit animum induxisse se, ut et epitaphium Morcelli faceret. Id quando et tibi, et Bedoschio jucundum fore arbitror, cum tibi significare volui, tum Bedoschio velim significes. Iterum vale.

Si hodierno die contra quam hactenus consuevimus, de viro sumus verba facturi, qui neque Bononiae ortus est, neque ullam apud nos disciplinam tradidit, non unam, quare id susceperimus, neque levem fuisse caussam, facile intelligetis, praestantissimi Collegae, lectissimi Auditores. Cum enim Steph. Antonium Morcellum nominaverimus, quis jure improbaverit, quod a veteri consuetudine recedamus? Primum enim tam multa hominis, tantaque in rem litterariam merita exstiterunt, ut cujus famae celebritas in omnium ore versatur, turpe omnino sit, ejus a nobis nomen silentio praeteriri. Deinde si recte existimare velimus, quamquam ille inter Doctores Bononienses haud fuerit adlectus, libris tamen editis, excellentibus enimvero atque ad erudiendam juventutem supra caeteros id genus omnes aptissimis, quibus in nostris utimur scholis, Doctoribus nostris accensendus quodammodo videtur; ut de tanto nos viro prope obmutuisse adhuc, mirari quispiam possit, fortasse etiam reprehendere. Accedit quod plores ille adolescentes Clarenses, cives suos, studiorum caussa Bononiam profectos, quos caritate ingenti, eximiaque benevolentia complectebatur, ille, inquam, litteris ad nos datis nobis commendavit saepius, deque eorum progressibus, moribus, virtute diligenter percontatus est; nonnullos quoque cum doctrinae insignibus exornatos in communem patriam reduces excepisset, versibus illustravit, ac celebravit suis. Sed jam nimis multa, ut ostenderemus, quibus permoti caussis de Morcello sermonem nobis instituendum putaverimus; futurum enim arbitramur neminem, qui consilium non sit nostrum probaturus. Illud potius unumquemque antea ducimus admonendum, cum maximis Morcellus, ac prope innumerabilibus claruerit virtutibus, omnes esse nos dicendo persecuturos; id quod neque hujus temporis, neque loci, nedum virium esset nostrarum: neque vero etiam necessarium cum aliis de caussis, tum illa potissimum, quod praeclarissimi viri de Morcello plenissimas, omnibusque absolutas numeris orationes habuerint Paullus Bedoschius, Pacificus Deanius, Albertus Franciscus Bazzonius. Quid? quod et Ioannes Labusius, et Iosephus Baraldius, et Benedictus Delbenius ejus laudes luculentissimis litterarum monumentis consignaverunt? Mittimus caeteros: quid enim est opus recensere? Atque hi quidem lucubrationes quisque suas vel jam prodiderunt in vulgus, vel sunt brevi prodituri; quibus nimirum quae ejus fuerit in omni vita virtutum omne genus praestantia singularis, in aspectum lucemque protulerunt. Quare unum nos, aut alterum de ejus operibus, iisque, uti appellant, epigraphicis attingemus; neque enim in singulis, quae Morcellus scripsit edidítque, immorandum arbitramur, non quod praestantissimi illius ingenii foetus omnes non maximi faciamus; quis enim non maximi fecerit et Sermones ejus prorsus Horatianos, et doctissimas sive Kalendarii Constantinopolitani, sive Gregorii Agrigentini versiones, explanationesque; tum et Agapes, et Michaelia, florea, ita vivam, latinitatis, elegantiae, venustatis; eruditissimasque cum de Agone

Capitolino, tum de Bulla aurea puerorum, tum de Cepha lucubrationes; carmina etiam leporis, suavitatisque plenissima in Electorum libellum conjecta; asceticas item non paucas selectissimas, atque apprime salutares praeceptiones, institutionesque? quid vero dicam de Africa Christiana? quod quidem opus ingenti labore, incredibili doctrina, miro susu jampridem susceptum perfectumque, quod omnibus esset diu vehementerque expetitum, paucis abhinc annis cum ad immortale Africanae Ecclesiae ornamentum, ac decus augendum, tum ad singularem Morcelli gloriam cumulandam vulgatum est. Haec nimirum opera et in honore habuimus semper, et habebimus quam qui maxime. Sed epigraphica quae sunt, potiora nobis pro studiorum nostrorum ratione et sunt, et esse debent. Haec videlicet audituribus nostris majori qua possumus diligentia tradimus, haec ut diurna illi, ac nocturna versent manu, etiam atque etiam hortamur. De his igitur dicemus. At vero quamquam ad haec sermonem contraxerimus, tam multis ea tamen laudibus commendantur, ut efferre cunctas si velimus, nullis prope finibus nostra contineri possit oratio. Qui enim libros de stilo inscriptionum latinarum paullisper evolverit, nihil iis in eo genere doctius, nihil elegantius neque excogitatum antea fuisse, neque perfici unquam posse fateatur necesse est. Cum enim inscriptiones veteres et magno numero, et cujusvis generis explanasset, easque summo judicio, delectu perdiligenti, aptissimo ordine collocasset, non modo conficiendarum inscriptionum artem condidisse, sed exquisitiorem, atque universam prope antiquitatis doctrinam illustravisse putandus est, quippe qui, uti recte Angelus Fabbronius animadvertit, monumentorum fere omne genus, rerumque ad romanas praesertim antiquitates spectantium explicationes attulerit pereruditas, ingeniosasque, ac saepe etiam nondum ab aliis prolatas; tanto autem omnia latinitatis nitore perscripserit, ut, quod Ioan. Baptista Robertius scitissime affirmavit, etiamsi Morcelli opus abs nulla alia posset probari laude praeterquam a latinitate, praestantissima nostrorum temporum opera vel uno hoc nomine exaequaret; immo vero cum novas saepe res, atque a veteribus indictas pro instituto suo enunciandas proponeret Morcellus, eas ita apte, ita concinne enunciare docuit, ut novae quodammodo linguae auctor haberi debeat. Sed inter multas, verissimasque laudes, quibus libri illi redundant, potissimam nos semper commendationem ab eorum utilitate deducendam judicavimus. Hanc item prae omnibus maxime spectasse Morcellus ipse dicendus est, qui illud sibi sperandum non est inficiatus, fore aliquando, ut ipsa veterum exemplorum auctoritate, in quibus opus versatur suum, dissolutae illi, quae diu dominata est, scribendi jocandique licentiae resisteret. Quibusdam enim quasi limitibus descriptis, quemadmodum idem ipse ait Morcellus, excurrere stilus qua volet, et vagari libere non poterit; nec aliis fere vestigiis insistet, quam quae Latini veteres reliquerunt. Quare vix jam erit verendum, ne ad inficetam avorum nostrorum rationem delabamur. Quod quidem docti omnes, ut primum in lucem opus illud prodüt, spe certissima futurum praeceperunt. Fuit in his amplissimae vir auctoritatis Iosephus Garampius Cardinalis, quem lepide quidem, ut refert Aloisius Lanzius, pronunciasse ajunt, eos qui libros consuluerit, malam inscriptionem etiamsi velit, conficere haud posse. Quid? si et inscriptionum ejus volumina duo, quae Morcellus deinceps emisit, Garampio innotuissent? Nam tribus quidem de stilo libris comprehensa omnis est ars inscriptionum latinarum: quorum primo (utimur

prope Morcelli verbis) ex veterum monumentis selecta proponuntur exempla, quae imitari quisque possit; eaque in sua quaeque genera distributa, et interpretatione explanata, quasi digito intento gradatim commonstrantur: in altero quid cuique generi conveniat, et quid nunc ex antiquorum exemplis retinendum, quid repudiandum sit, exponitur: tertio denique multa stili hujus instrumenta, magnaque rerum ac sententiarum quasi silva subjicitur: fontes etiam nonnulli, unde optima sumi possint, indicantur: ex quibus sane maxima harum rerum studiosis redundet utilitas. At longe etiam uberiores exsistere possint fructus ex iis, quae supra diximus, a Morcello inscriptionum suarum editis voluminibus; quod in exemplis antiquorum proponantur quae imitanda sint, contra in Morcelli inscriptionibus demonstretur, quo quisque pacto veteres imitetur: id quod opportunius multo atque utilius esse negabit nemo; praesertim cum primo quidem volumine cum argumentorum satis magna suppetat varietas, tum rerum etiam factorumque recentium perutilis accidat, nedum jucunda, commemoratio: altero autem et multa antea indicta afferantur, et quaedam alia ratione expliceotur, unde mirum in modum census creverit formularum, et largior rursus exemplorum copia suppeditetur. His jam factum videmus, ut quod Grampius, aliique jam inde ab initio prospexerant, faustissimo sit exitu confirmatum: atque hinc nos quidem Morcelli maximam, ac plane singularem laudem nobis praedicandam judicavimus. Hic vero loci quotquot Morcelli sunt per haec tempora sequuti inscriptionum conficiendarum rationem, sic ut eo scriptionis genere magnam sibi famam pepererint, nominaremus perlibenter, nisi nominare singulos nimis esset longum, quempiam praetermittere injuriosum. At praestantissimi exsistunt, iique per Italiam clarissimi viri, quorum etsi nomina sileamus, eos tamen quisque secum reputet, neque ut efferamus, aut indigere quispiam, aut a nobis postulare possit. Unum tamen nominabimus praeclarissimae spei adolescentem Michaelem Ferruccium, Alois. Chrysostomi, juvenis doctrina litterisque excultissimi, familiaris nostri, fratrem; neque enim hunc si excerpserimus, qui stadium hocce ingressus modo est, quidpiam iis praetermissione nostra detractum iri putabimus, qui decurso jam spatio metas attigerunt. Neque vero nominabimus solum, sed ut appareat, quantum ex Morcelli doctrina profecerit Ferruccius, inscriptionum ejus specimen subjiciemus. Ex multis autem, quas ille condidit, vulgatas plerasque, virorumque gravissimorum sententia cum alibi, tum Romae praesertim commendatas inscriptiones, eas potissimum afferre juvat, quas hortatu nostro haud ita pridem in Morcellum panxit: neque tamen cunctas afferemus, sunt enim non paucae, sed epigraphico ejus ellogio contenti erimus, quod quidem attulisse eo ciderit opportunius, quod praecipuas Morcelli laudes Ferruccius suo sit ellogio complexus. Est autem hujusmodi: „ Steph. Antonius Francisci ex Ioanna Rocca F. Morcellus domo Claris, jam inde a teneris ingenio maxima pollicitus, Sodalibus Societatis Iesu Brixiae consistentibus pietate, ac litteris informandus traditus est. Aetate adhuc florenti inter Sodales eosdem adlectus, eruditionis et eloquentiae laude spem omnium brevi antecessit. Studiorum curriculo Romae emenso, apud Firmanos Grammatici, apud Raguseos, et in Collegio Romano Rhetoris munus praeclarissime explevit. Societate per Clementem XIIII. P. M. dissoluta, graecis latinisque litteris, et rerum antiquarum studio unice vacavit; ab Alexandro Albano Cardinali vindice artium optimarum, cui propter opinio-

nem doctrinae virtutisque acceptissimus fuit, bibliothecae suae praefectus est. Operosis editis voluminibus, quae aetas nostra probavit, probabit postera, historiam Ecclesiarum Africae monumentis adhuc intactis inlustravit. Titulorum condendorum scita veterum auctoritate fretus primus omnium digessit, explanavit; hanc inter ceteras laudem adeptus, ut elegantias exquisitae ethnicorum latinitatis summo judicio delectuque ad christiana traduxerit. Parta jam sibi per Europam celebritate Sodalis Beneficiarius Instituti Italici adlectus, et litterarios honores maximos ubique nactus est. Praepositus Ecclesiae Clarensis civibus praeoptantibus renunciatus, eorum studia cumulatissime implevit. Aedes sacras ornavit, refecit: domos binas, alteram pueris patre orbis alendis, alteram puellis a pupillatu instituendis, tutandis aperuit; publicas scholas legibus dictis veteri disciplinae restituit; bibliothecam lectissimis libris, codicibusque instructam in usum municipum suorum adhuc vivens mancipavit. Idem comis, officiosus, benignus, et cum admirabili doctrina modestissimus, in aeterna hominum salute concionibus, scriptis, exemplis procuranda, in pueris catechesi christiana erudiendis, in calamitosis omnis generis sublevandis, adsiduam operam impendit, nec quemquam consilio, aut ope ejus indigentem a se nisi spei compotem discedere passus est. Societati Iesu a Pio VII. P. M. restitutae nomine iterum dato, ex indulgentia ejusdem secundum vota Clarensium Praepositi munus non dimisit. Podagrae doloribus plures annos sine questu toleratis sanctissimo exitu emigravit Kal. Ianuariis anno MDCCCXXI. cum esset annorum LXXXIII. mensium XI. dierum XV. Huic cives sui exterique complures, qui aut magisterio, aut consuetudine ejus usi fuerant, in lacrimas effusi triduo continenti parentati sunt; et una haec omnium vox in funere fuit, decessisse antistitem religiosissimum, parentem publicum, magistrum gravissimum morum, et litterarum „ Ellogium autem hac Ferruccius salutatione concludit: „ Have et vale, vir magne incomparabilis, mansure apud posteros, dum religio, doctrina, memoria optimorum meritorum in honore erunt „. Sic, inquam, Ferruccius ellogium contexuit suum, judicio quidem nostro concinnum, atque omnino Morcellianum; ut sibi laudatorem Morcellus operibus ipse suis conformasse videatur. In quo tamen minime dissimulandum censemus, si Ferruccius, aetatula illa praesertim sua, magnam est in eo genere praestantiam adeptus, ingenium videri prorsus ad id accommodatum a natura fuisse nactum. Sed quis affirmaverit tantam illum assequi laudem potuisse, nisi Morcelli fuisset libris eruditus, institutusque? Sine iis quippe vix ullam credideris inscriptionem confici probabilem posse; eorum certe praesidio excellentissimas cujuscumque generis, modo judicium diligentiamque adhibueris, condere valeas. Quapropter jure optimo Iosephus Marottus hendecasyllabis elegantissimis Morcelli opus ab utilitate commendavit.

Hujus nunc ope, si juvat, licebit,
Quod unum haec cupide expetebat aetas,
Signis, aedibus, arcubus, sepulcris,
Et quidquid memori sacretur aevo,
More inscribere pristino Quiritum
Venustos titulos, et elegantes,
Digne, ex ordine, puriter, latine,
Augusti ut referant beata saecla.

Oh praestans opus! oh librum disertum!
Consultum oh bene litteris latinis!

Vtique consultum bene, inquiet aliquis; utinam etiam consultum satis. Nam quid est, quod vel aetate nostra multi multas inscriptiones protulerunt, quas non unus aut alter publicis etiam scriptis reprehensiune dignas judicavit? Teneu quid dicas. Verum ut in caeteris omnibus, sic hisce in rebus judicio utitur quisque suo: et quandoque etiam recte. Possumus nonnullas in exemplum inscriptiones afferre, quae certe peccant haud uno nomine: id quod non facimus; neque enim necesse arbitramur, quod ea quisque errata facile agnoverit; neminem autem notare satius ducimus. Id tamen inde conjicere, vel potius affirmare licet, talia qui peccaverint, Morcelli doctrinam ne primoribus quidem, ut ajunt, labris attigisse. Atqui tute ipse, qui pro Morcello tantopere pugnas, perget quispiam, quin immo ipsemet Morcellus in objurgatorum incidit reprehensiones. At Morcellum nihil est opus defendere; de nobis autem silere jamdiu constituimus: aliorum enim judicium veriti semper sumus. Hoc tamen non diffitemur propositum nobis fuisse, ut Morcellum, quoad nobis licuerit, imitaremur; sic nimirum ut de iis ipsis, in quibus illum videmur nobis imitati, reprehensi a quopiam si fuimus, haud valde nos commoveri debere censuerimus: mirari autem, aut nobis succensere nemo possit, si Morcelli auctoritatem hac in re caeterorum, quantumvis doctissimurum, virorum judicio anteponimus; de eo enim videtur nobis jure affirmari posse, quod de Platone ajebat Cicero, errare nos malle cum Morcello, quam cum istis vera sentire. Quare tanti apud nos Morcelli exempla sunt, ut non paucis abhinc annis, improbo enimvero labore, in singulis inscriptionum ejus formulis, immo vocibus excipiendis diu noctuque toti simus; quibus et veterum inscriptionum a Morcello selectarum formulas item, vocesque adjungimus, ex quibus omnibus in aptum ordinem digestis lexicon epigraphicum, quod Morcellianum appellare placet, exsistere in aliquam adolescentium utilitatem possit.

Haud etenim inficiamur; haec nimirum Benedicto Delbenio, viro litteratissimo, quem ab initio nominavimus, quum carminibus nos suis peramanter provocavisset, olim rescripsimus:

Haud etenim inficiamur; ut arvis sedula flores
  Libans mella favis aurea condit apes,
Sic nos degustare tuos, Morcelle, solemus
  Libros, et voces quaslibet, atque apices
Carpere sollerter, nostros et vertere in usus;
  Quin immo ut prosit tanta seges aliis,
Nobis susceptus labor est novus, atque operosus.
  Praeclare coeptis o faveant superi!
Interea dum aetas fert, quando et cumque licebit
  Per vires tenues, otia perque data,
Consilium est, unam omnibus hanc praeponere curis;
  Cui datur ingenio, fervida mensque viget,
Ille sophocleo seu carmina digna cothurno,
  Magnanimi herois seu pia gesta canat,
Aut elegos tristes, laetos aut pandat amores;
  Ille colat prisci temporis historias,

Ille orbis genesim, exesa et monumenta sequatur;
Quas et opes tellus contegit in latebris,
Plantas scrutetur varias, genus omne animantum,
Et tacita quotquot sidera nocte micant.
Gloria magna illis. At nos quid ferre recusent
Versantes animo, quid valeant humeri,
Materiem et nostris sumentes viribus aequam,
Ni tamen et magnum id, lexica conficimus.

Ceterum et de labore hoc nostro parum solliciti erimus, quanti futurus sit aestimandus; neque enim dubitamus, quin plures inutilem judicent; ii certe quidem contemptui habebunt, aut potius risu excipient, quibus tituli omnes non alia quam vernacula scribendi lingua videntur; quos quidem sinemus et nos, ut Morcellus item ajebat, sine interpellatore vel sibi, vel civibus suis, ut malint, indulgere. Neque vero id nobis unquam sumpsimus, ut quae in coemeterio nostro latinae exarandae erant inscriptiones, a nobis, quemadmodum dictitavit quispiam, exararentur omnes, vel exaratae ab aliis quae essent, judicio nostro subjicerentur. Operam quidem, qualemcumque nostram, petentibus quibuscumque praestitisse nos affirmamus, immo vero prae nobis ferimus. Satis enim facere pro viribus, moremque omnibus gerere si propositum semper, ac sollemne nobis fuit, minime culpandi videbamur. Sed jam in viam redeamus, a qua nec opinantes defleximus; redire autem rectius expeditiusque non possumus, quam si Morcellum ipsum prope loquentem inducamus, eaque de vobis, Iuvenes optimi, gratulantem, quae de adolescentibus egregiis, vestrumque similibus ex nostris item scholis prodeuntibus olim gratulatus est; quos inter Hadrianus Armannus claro domi forisque, ac litterarum quoque gloria florente Armannorum genere ortus, quem et patriae famam, et avorum decus aucturum Morcellus vere cecinit; tum Biancinelli fratres duo Karolus, et Laurentius, qui studiorum suorum curriculum apud nos magna cum laude emensi, ingenio, labore, eruditione, pietate etiam, ac moribus enitentes luculentissima sunt Morcelli commendatione, insignique praeconio exornati; denique Ioan. Baptista Gofius Alexianus: quo quidem commemorato, qui mihi temperem, quin ejus a Morcello versibus prolatas laudes in medium afferam? Fuit enim hic inter Clarenses juvenes, qui Bononiae disciplinis operam dederunt, multis nominibus nobis devinctus, sed illo in primis quod Morcelli inscriptiones praeclarissimi auctoris nomine modo per litteras nobiscum communicaverit, modo praesens detulerit, neque unquam destiterit singulares nobis significationes praebere eximiae erga nos suae humanitatis. Fuerat is de militia ad juris civilis studia apud nos reversus; quod versibus spectavit suis Morcellus in hunc modum:

Rursum Felsina nuncios beatos
Huc de te modo gestiente misit
Cive omni patriaque, Alexiane,
Vno judicio eruditiorum
Iam datum tibi, juris ut magister,
Sacrarumque fores ubique legum.
Quanto hoc utilius beatiusque,
Quam si militiae labore fractus,

Vite dum fruereris impetrata,
Demum Sarmaticis rigens in agris
Tribunus caderes ducumve primus!
Nam certe patriae tuisque civeis
Sic opis nihil, aut semel tulisses.
Quam nunc incolumis feres pupillo,
Et feres viduae ultimos in annos
Aequi semper amator, atque vafri
Doctus Causidici amovere fraudes,
Malumque ingenio dolum cavere,
Insons quo capitur caditque caussa.

Is porro evasit Gofius, ut communem non aequarit modo, sed et longe vicerit exspectationem, atque inter eos maxime eluxerit, quos Clarensis juventutis lumina Morcellus appellavit, ingenio aeque ac moribus spectatissimos, jamque non solum familiae regendae idoneos, sed etiam rei publicae capessendae. In his, ait Morcellus (placet enim ad extremum Morcelli verba recitare, quibus, quid servare virtutem possit cum docuerit, Clarenses ille adolescentes extollit: iis enim verbis et vos, Iuvenes lectissimi, extollere animus est, quos cum promeritis doctrinae honoribus insignitos nostris e scholis dimittimus, virtutem quoque, quod caput est, servaturos non dubitamus) in his, ait Morcellus, religio ac pietas elucet, castimonia eminet, prudentia etiam, quae aetatem superet, nihil levitatis, et plurimum tamen hilaritatis. Parentum haec laus est, hoc praemium, quod eos a pueris summa diligentia domi in oculis suis instituerunt, educarunt, non severitate usi, sed gravitate, nec tam increpando, quam admonendo, ad virtutem hortati. In hac disciplina domestica vigilantiaque quotidiana, quum procul ab eis pericula omnia arcerentur, peccare oderunt amore recti, et a vitiis constantissime abhorrentes facile integritatem pristinam retinuerunt.

MICHAELIS FERRVCCII

IN OBITV

STEPH. ANTONII MORCELLI

PRAEPOSITI ECCLESIAE CLARENSIS

INSCRIPTIONES

PAVLLO BEDOSCHIO

CANONICO CVRIONI

BASILICAE FAVSTINIANAE CLARENSIS

PHILIPPVS SCHIASSIVS

Quas tibi sum paullo ante pollicitus, ad te mitto, Bedoschi praeclarissime, de Steph. Antonio Morcello tuo, vel potius nostro, a Michaele Ferruccio exaratas inscriptiones, eoque libentius mitto, quod minime verear, ne non eas gratas habeas. Primum enim quidquid ad Morcelli laudem pertinet, id pro tua in tantum virum observantia abs te excipi scio cupidissime. Tum inscriptiones ipsas per se placere tibi debere arbitror, quas Morcellianas facile agnosces. Equidem in adolesceote id aetatis (vix enim Ferruccius meus annum modo attigit vigesimum) mirari non desino, quod quidquid edat, perfectum jam esse, et maturitatem habere videatur: ut fere spem ille meam superet, quam de eo jamdiu praeceptam his me versiculis expressisse memini, quos hic tibi placet subjicere:

Planta tot auricomos prodit si parvula foetus,
Quot jam, proh superi, quos et adulta feret!

Sed jam inscriptiones perlegas velim, de quibus tute judicabis. Perlegi ego orationes, quas mihi donum dediati, copiosissimas, ita vivam, ornatissimasque, omnino, ut verbo dicam, et laudatoribus, et laudato viro dignissimas, tuam vero praeterea amoris erga Morcellum tui plenam adeo, ut inter legendum commoveri me senserim vehementer, ac lacrimas vix cohibere potuerim. Quare et tibi gratulor, et gratias ago. Cura, ut valeas, meque in tuis habere perge.

Pro foribus Basilicae Faustinianae.

ADESTOTE · CIVES
PARENTEMVS
STEPH · ANTONIO · MORCELLO
PRAEPOSITO · ECCLESIAE · N ·
E · SOCIETATE · IESV · ITERVM
ADESTOTE · FREQVENTES
DEVM · EFFVSIS · VOTIS · PROPITIATVRI
VIRO
DOCTRINA · PIETATE · BENEFICENTIA
VBIQVE · CLARISSIMO
DE · PATRIA · ET · LITTERIS
OPTIME · MERITO

Pro mole funebri.

HEV · OCCVBVISTI
SENEX · RELIGIOSISSIME
QVO · AVSPICE · CLARENSES · TVI
AD · OMNIGENAM · VIRTVTEM · INSTITVTI
AEDIBVS · SACRIS · SPLENDOR · REDDITVS
PVPILLORVM · VIDVARVMQ · EGESTAS
SVBLEVATA
HEV · QVOT · IN · TE · VNO
AMISIMVS · BONA

VALE · SVPREMVM
ANTISTES · OPTIME · INCOMPARABILIS
TIBI · SACRICOLAE
TIBI · SODALES · IGNATIANI
QVEIS · CASTIMONIA · ET · RECTE · FACTIS
IN · TERRIS · AGENS · INLVXISTI
PLACIDISSIMAM · APVD · SVPEROS
QVIETEM
ENIXE · ADPRECANTVR

MACTE
IVBAR · ITALIAE · PRAECLARVM
MACTE · DIGNVM · ADEPTE · PRAEMIVM
QVOD · GLORIAE · NVMINIS · AETERNI
STVDIO · INCENSVS
IGNOTIS · SACRORVM · MONVMENTIS
IN · VVLGVM · PROLATIS
CHRISTIANAE · REI · DIGNITATEM
AMPLIAVERIS

VIVE · IN · DEO
ANIMA · BENEFICENTISSIMA
QVANDO · QVE · TE · CONTEMPTOREM
DIGNITATVM · AMPLISSIMARVM
ECCLESIA · CLARENSIS
DETINVIT · VSQVE · AD · EXITVM
EANDEM · DE · CAELO
ADHVC · SERVA · ADHVC · FOVE
IN · SPEM · BEATITATIS · PERPETVAE

Ad parietes.

NVLLA · OBLITERET · VETVSTAS
MVNIFICENTIAM
ANTISTITIS · INTEGERRIMI
QVI · RELIGIONI · SANCTISSIMAE · OBSEQVVTVS
BASILICAE · FAVSTINIANAE · MAIESTATEM
INGENTI · EFFVSA · PECVNIA
AVXIT · EXCOLVIT
CELLAE · MICHAELIANAE · IN · SVBVRBIO
ORNANDAE · AVCTOR · FVIT
RELICTIS · VBIQVE · MONVMENTIS
LARGITATIS · EXIMIAE

HAVD · SILEANT · POSTERI
DOCTRINAM
VIRI · PRAECLARISSIMI
AD · CVIVS · NITOREM · SCRIBENTIS
VETERI · DEPVLSA · BARBARIE
LATINAE · LINGVAE · DECVS · VINDICATVM
TITVLORVM · CONDENDORVM · LEGES · INVENTAE
LABORIOSISQ · EDITIS · VOLVMINIBVS
DICTAE · EXPOSITAE
STVDIA · RERVM · ANTIQVARVM
PROVECTA

RECOLANT · PERPETVO · CLARENSES
BENIGNITATEM
CIVIS · PROVIDENTISSIMI
CVIVS · CONSILIO · PVERIS · ET · VIRGINIBVS
A · PVPILLATV · RECIPIVNDIS · EXCOLENDIS
AEDES · APERTAE
OMNI · QVE · INSTRVMENTO · DITATAE
QVEM · OPIS · EGENTES · ET · CALAMITOSI
SIBI · IVGITER · BENEFICVM · EXPERTI
ABREPTVM · DOLENT · DOLEBVNT
SOLATOREM · PARENTEM · SVVM

NVNQVAM · MEMORIA · INTERCIDAT
SANCTIMONIAE
SACERDOTIS · PIENTISSIMI
QVI · A · PRIMA · AETATE · OSOR · VITIORVM
DEVM · VIRGINEM · MATREM
CAELITES · SANCTOS · AVGVSTE · VENERATVS
SCRIPTIS · HORTATIONIBVS · EXEMPLIS
VNIVERSOS · VEL · SENIO · INGRAVESCENTE
AD · RELIGIONEM · OMNEMQVE · VIRTVTEM · EXCITAVIT
DIRO · MORBO · PLVRIMOS · ANNOS · FORTISSIME
TOLERATO · LAETVS · ABIIT · AD · SVPEROS

Claris
In Basilica Faustiniana.

☧ MONVMENTVM ☧
STEPH · ANTONII · MORCELLI
E · SOC · IESV · ITERVM
PRAEPOSITI · ECCLESIAE · N · PER · AN · XXX ·
SODALIS · BENEFICIARII · INSTITVTI · ITALICI
OB · LATINAS · LITTERAS
ET · STVDIA · RERVM · ANTIQVARVM
VOLVMINIBVS · OPEROSIS · INLVSTRATA
PER · ORBEM · CLARISSIMI
QVI · PATRIA · CARITATE · INCENSVS
OPES · IN · COMMVNE · BONVM
EFFVDIT
CVLTOR · PIETATIS · ADSERTOR · RELIGIONIS
DIVTINVM · MORBVM · FORTITER · PERPESSVS
SANCTE · EMIGRAVIT · KAL · IAN · A · MDCCCXXI ·
QVVM · VIXISSET · A · LXXXIII · M · XI · D · XV ·
CLARENSES · VNIVERSI · P · C ·
MVNICIPI · MERENTISSIMO
ORNAMENTO · AETATIS · SVAE

TABVLA

IN QVA

PAGINAE EDITIONIS PATAVINAE

VOLVMINVM TRIVM DE STILO INSCRIPTIONVM LATINARVM

CVM PAGINIS VOLVMINIS VNICI EDITIONIS ROMANAE

CONFERVNTVR

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. I.	pag.	cer.	lin.	Vol. I.	pag.	cer.	lin.	Vol. I.	pag.	cer.	lin.
pag. VII	1		35	23	23	b	54	51	40	b	30
VIII	2		27	24	24	b	10	52	41	a	33
VIIII	3		13	25	25	a	15	53	41	b	51
X	3	b	33	26	25	b	32	54	42	a	53
XI	4	a	47	27	26	a	54	55	43	a	5
XII	5	a	2	28	27	a	18	56	43	b	19
1	9		31	29	27	b	31	57	44	a	17
2	10		28	30	28	a	35	58	44	b	26
3	11		17	31	28	b	53	59	45	a	32
4	12		4	32	29	b	7	60	46	a	11
5	12		42	33	30	a	20	61	46	a	55
6	13		31	34	30	b	31	62	46	b	26
7	14		21	35	31	a	32	63	47	a	46
8	14		49	36	31	b	40	64	47	b	58
9	15	a	30	37	32	a	47	65	48	a	44
10	16	a	26	38	32	b	47	66	49	a	12
11	16	b	49	39	33	a	30	67	49	b	37
12	17	b	15	40	34	a	33	68	50	c	33
13	18	a	32	41	34	b	34	69	51	c	33
14	18	b	36	42	35	a	40	70	52	a	32
15	19	b	4	43	35	b	34	71	52	b	49
16	20	a	8	44	36	a	47	72	53	b	10
17	20	b	10	45	36	b	45	73	54	a	30
18	21	a	28	46	37	b	14	74	54	b	53
19	21	b	34	47	38	b	13	75	55	b	20
20	22	a	36	48	39	a	7	76	56	d	19
21	22	b	33	49	39	b	15	77	57	a	14
22	23	a	37	50	40	a	26	78	57	b	27

Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. I.	pag.	cer.	lin.
79	58	a	43
80	58	b	60
81	59	a	29
82	60	a	32
83	60	b	31
84	61	a	39
85	61	b	40
86	62	a	41
87	62	b	55
88	63	b	16
89	64	a	22
90	64	b	24
91	65	a	41
92	65	b	45
93	66	b	7
94	67	a	6
95	67	a	49
96	68	a	10
97	68	a	63
98	69	a	5
99	69	b	33
100	70	a	27
101	71	a	7
102	71	b	31
103	72	a	21
104	72	b	21
105	73	a	32
106	73	b	52
107	74	b	5
108	75	a	19
109	75	b	29
110	76	a	34
111	77	a	8
112	77	b	11
113	78	a	26
114	78	b	19
115	79	a	23
116	79	b	21
117	80	b	9
118	81	a	4
119	81	a	57
120	82	a	13

Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. I.	pag.	cer.	lin.
121	82	b	29
122	83	a	41
123	83	b	50
124	84	b	5
125	85	a	26
126	85	b	37
127	86	a	49
128	87	a	8
129	87	b	11
130	88	a	10
131	88	b	16
132	89	a	29
133	89	b	47
134	90	a	44
135	91	a	10
136	91	b	15
137	91	b	57
138	92	a	33
139	93	a	34
140	93	b	39
141	94	a	52
142	95	a	12
143	95	b	19
144	96	a	19
145	96	b	23
146	97	a	26
147	97	b	28
148	98	a	45
149	98	b	39
150	99	b	3
151	99	b	56
152	100	a	50
153	101	a	3
154	101	b	21
155	102	a	26
156	102	b	34
157	103	a	25
158	103	b	37
159	104	a	39
160	104	b	33
161	105	a	50
162	105	b	47

Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. I.	pag.	cer.	lin.
163	106	a	30
164	106	b	35
165	107	a	32
166	107	b	29
167	108	a	31
168	108	b	23
169	109	a	27
170	109	b	38
171	110	a	23
172	110	b	31
173	111	a	33
174	111	b	30
175	112	b	11
176	112	b	19
177	113	a	27
178	113	b	30
179	114	a	31
180	114	b	38
181	115	a	43
182	115	b	39
183	116	a	44
184	117	a	14
185	117	b	17
186	118	a	25
187	118	b	21
188	119	a	23
189	119	b	40
190	120	a	46
191	121	a	10
192	121	b	14
193	121	b	52
194	122	b	8
195	122	b	48
196	123	a	52
197	123	b	46
198	124	b	2
199	124	b	48
200	125	a	47
201	125	b	51
202	126		36
203			
204			

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. I.	pag.	cer.	lin.	Vol. I.	pag.	cer.	lin.	Vol. I.	pag.	cer.	lin.
205				247	153	b	48	289	178	a	36
206				248	154	a	25	290	178	b	41
207				249	155	a	22	291	179	b	11
208				250	155	b	13	292	180	a	29
209	132	b	48	251	156	a	14	293	180	b	33
210	133	b	5	252	156	b	40	294	181	a	52
211	134	a	13	253	157	a	31	295	181	b	56
212	134	b	19	254	157	b	32	296	182	b	29
213	135	a	24	255	157	b	53	297	183	b	5
214	135	b	32	256	158		33	298	184	a	26
215	136	a	38	257	159		22	299	184	b	35
216	136	b	47	258	169		9	300	185	a	32
217	137	b	5	259	160		45	301	185	b	55
218	138	a	20	260	161		30	302	186	b	16
219	138	b	40	261	162	a	19	303	187	b	13
220	139	a	55	262	162	b	22	304	187	b	26
221	139	b	40	263	163	a	30	305	188	a	49
222	140	b	29	264	163	b	27	306	189	a	9
223	141	a	6	265	164	a	14	307	189	b	18
224	141	b	8	266	164	b	18	308			
225	142	a	14	267	165	a	12	309	190	b	8
226	142	b	24	268	165	b	11	310	191	a	26
227	143	a	21	269	166	a	28	311			
228	143	b	31	270	166	b	32	312	192	a	11
229	144	a	35	271	167	a	37	313	192	b	38
230	144	b	37	272	167	b	36	314	193	a	26
231	145	a	31	273	168	a	40	315	193	b	23
232	145	b	31	274	168	b	43	316	194	a	26
233	146	a	50	275	169	a	55	317	194	b	29
234	147	a	3	276	170	a	4	318	195	b	4
235	147	a	32	277	170	b	10	319	195	b	10
236	148	a	7	278	170	b	47	320	196	a	30
237	148	b	16	279	171		35	321	197	a	14
238	149	a ·	18	280	172	b	3	322	197	b	46
239	149	b	21	281	173	a	38	323	198	b	16
240	150	a	29	282	173	b	45	324	199	b	5
241	150	b	25	283	174	b	8	325	199	b	45
242	151	a	34	284	175	b	17	326	200	b	13
243	151	b	40	285	175	b	26	327	201	a	33
244	152	a	34	286	176	a	44	328	201	b	57
245	152	b	39	287	176	b	32	329	202		32
246	153	a	44	288	177	b	20	330	203		22

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. I.	pag.	cer.	lin.	Vol. I.	pag.	cer.	lin.	Vol. I.	pag.	cer.	lin.
331	204		9	373	228	b	12	415	254	b	37
332	204		42	374	229	a	22	416	255	a	51
333	205	a	38	375	229	b	32	417	256	a	8
334	206	a	11	376	230	a	41	418	256	b	22
335	206	b	13	377	230	b	54	419	257	a	35
336	207	a	24	378	231	b	4	420	257	b	43
337	207	b	29	379	232	a	12	421	258	b	5
338	208	a	27	380	232	b	24	422	259	a	23
339	208	b	51	381	233	a	39	423	259	b	33
340	209	b	5	382	233	b	53	424	260	a	50
341	210	a	9	383	234	b	11	425	261	a	9
342	210	b	14	384	235	a	29	426	261	b	11
343	211	a	23	385	235	b	40	427	262	a	25
344	211	b	43	386	236	b	3	428	262	b	40
345	212	a	56	387	237	a	9	429	263	a	52
346	212	b	48	388	237	b	31	430	263	b	38
347	213	b	9	389	238	a	45	431	264	a	43
348	214	a	11	390	239	a	2	432	264	b	'44
349	214	b	8	391	239	b	15	433	265		31
350	214	b	49	392	240	a	31	434	266	b	12
351	215	a	52	393	240	b	43	435	266	b	52
352	215	b	31	394	241	b	6	436	267	b	11
353	216	a	31	395	242	a	18	437	268	b	14
354	217	a	26	396	242	b	36	438	268	b	36
355	217	b	36	397	243	a	46	439	269	a	29
356	218	a	45	398	244	a	13	440	269	b	30
357	219	a	7	399	244	b	25	441	270	a	30
358	219	b	19	400	245	a	27	442	270	b	52
359	220	a	28	401	245	b	41	443	271	b	7
360	220	b	51	402	246	a	57	444	272	a	9
361	221	a	44	403	247	a	16	445	272	b	17
362	222	a	12	404	247	b	26	446	273	a	28
363	222	b	21	405	248	a	39	447	273	b	32
364	223	a	26	406	248	b	30	448	274	a	32
365	223	b	55	407	249		31	449	274	b	33
366	224	b	11	408	250		25	450	275	a	44
367	225	a	13	409	251	a	19	451	275	b	43
368	225	b	16	410	251	b	35	452	276	a	47
369	226	a	22	411	252	a	46	453	276	b	47
370	226	b	26	412	252	b	53	454	277	b	7
371	227	a	42	413	253	b	6	455	278	b	12
372	228	a	3	414	254	a	21				

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. II.	pag.	cer.	lin.	Vol. II.	pag.	cer.	lin.	Vol. II.	pag.	cer.	lin.
1	279		30	43	306	b	13	85	330	b	15
2	280		26	44	307	a	35	86	331	a	10
3	281		15	45	307	b	40	87	331	b	20
4	282		7	46	308	b	2	88	332	a	27
5	282		43	47	309	a	8	89	332	b	49
6	283		31	48	309	b	26	90	333	a	45
7	284		21	49	310	a	34	91	333	b	60
8	285		9	50	310	b	47	92	334	a	58
9	285		45	51	311	a	54	93	335	a	5
10	286		35	52	311	b	57	94	335	b	13
11	287		29	53	312	b	15	95	336	a	15
12	288		23	54	313	a	6	96	336	b	14
13	289		9	55	313	b	15	97	337	a	19
14	289		45	56	314		13	98	337	b	15
15	290	b	7	57	314	b	32	99	338	a	21
16	291	a	16	58	315	a	39	100	338	b	29
17	291	b	31	59	315	b	49	101	339	a	34
18	292	a	42	60	316	a	52	102	339	b	38
19	293	a	2	61	316	b	57	103	340	a	39
20	293	b	11	62	317	b	7	104	340	b	45
21	294	a	25	63	318	a	20	105	341	a	43
22	294	b	28	64	318	b	27	106	341	b	48
23	295	a	44	65	319	a	43	107	342	a	52
24	296	a	5	66	319	b	50	108	342	b	55
25	296	b	20	67	320	b	3	109	343	a	59
26	297	a	28	68	321	a	8	110	344	a	3
27	297	b	42	69	321	b	5	111	344	b	10
28	298	a	41	70	322	b	7	112	345	a	15
29	298	b	42	71	322	b	27	113	345	b	31
30	299	a	55	72	323	a	45	114	346	a	28
31	300	a	3	73	323	b	53	115	346	b	38
32	300	b	9	74	324	a	56	116	347	b	10
33	301	a	12	75	325	a	3	117	347	b	52
34	301	a	55	76	325	b	11	118	348	b	10
35	302	a	3	77	326	a	29	119	349	a	38
36	302	a	32	78	326	b	38	120	349	b	47
37	302	b	28	79	327	a	62	121	350	a	57
38	303	a	37	80	328	a	5	122	351	a	31
39	303	b	51	81	328	b	18	123	352	a	6
40	304	b	9	82	329	a	36	124	352	b	20
41	305	a	27	83	329	b	29	125	353	a	33
42	305	b	50	84	330	a	26	126	353	b	41

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. II.	pag.	cer.	lin.	Vol. II.	pag.	cer.	lin.	Vol. II.	pag.	cer.	lin.
127	354	a	52	169	379	a	59	211	405	a	41
128	354	b	57	170	380	a	17	212	405	b	54
129	355	a	51	171	380	b	41	213	406	b	9
130	356	a	27	172	381	b	7	214	407	a	31
131	356	b	18	173	382	a	26	215	407	b	37
132	357	a	19	174	382	b	49	216	408	a	42
133	357	b	38	175	383	a	42	217	408	b	46
134	358	a	24	176	384	a	7	218	409	b	8
135	358	b	41	177	384	b	20	219	410	a	25
136	359	a	43	178	385	a	31	220	410	b	44
137	360	a	16	179	385	b	53	221	411	a	43
138	360	b	16	180	386	b	17	222	411	b	53
139	361	a	18	181	387	a	40	223	412	b	17
140	361	b	27	182	387	b	48	224	413	a	39
141	362	a	29	183	388	b	32	225	413	b	43
142	362	b	39	184	388	b	47	226	414	b	22
143	363	a	44	185	389	b	17	227	415	b	21
144	363	b	43	186	390	a	40	228	416	a	10
145	364	a	53	187	391	a	2	229	416	b	3
146	365	a	6	188	391	b	11	230	416	b	56
147	365	b	12	189	392	a	20	231	417	b	2
148	366	a	29	190	392	b	36	232	418	a	9
149	366	b	30	191	393	a	36	233	418	b	35
150	367	a	24	192	393	b	35	234	419	a	30
151	367	b	39	193	394	a	38	235	419	b	33
152	368	b	27	194	394	b	48	236	420	b	12
153	369	b	24	195	395	b	6	237	421	a	28
154	369		41	196	396	a	13	238	421	b	29
155	370	a	39	197	396	b	48	239	422	a	52
156	371	a	7	198	397	b	11	240	423	a	11
157	371	b	24	199	398	a	21	241	423	b	29
158	372	a	57	200	398	b	34	242	424	a	43
159	372	b	62	201	399	a	56	243	425	a	10
160	373	b	9	202	400	a	16	244	425	b	17
161	374	a	39	203	400	b	30	245	426	a	22
162	374	b	60	204	401	a	40	246	426	b	34
163	375	b	19	205	401	b	62	247	427	a	39
164	376	a	17	206	402	b	12	248	427	b	40
165	376	b	30	207	403	a	34	249	428	b	13
166	377	a	50	208	403	b	55	250	428	b	52
167	378	b	8	209	404	b	33	251	429	b	21
168	378	b	52	210	404	b	42	252	430	a	36

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. II.	pag.	cer.	lin.	Vol. II.	pag.	cer.	lin.	Vol. III.	pag.	cer.	lin.
253	430	b	56	295	455	b	5	1	479		31
254	431	b	12	296	455	b	21	2	480		29
255	432	b	7	297	456	a	31	3	481		16
256	432	b	18	298	456	b	45	4	482		5
257	433	a	6	299	457	a	48	5	482		45
258	433	b	11	300	458	a	5	6	483		34
259	434	a	12	301	458	b	33	7	484		22
260	434	b	10	302	459	b	2	8	485		6
261	435	a	17	303	459	b	36	9	485	b	25
262	435	b	46	304	460	a	30	10	486	a	55
263	436	a	42	305	460	b	48	11	487	a	20
264	436	b	61	306	461	a	54	12	487	b	37
265	437	b	9	307	461	b	49	13	488	a	44
266	438	a	28	308	462	b	14	14	488	b	46
267	438	b	44	309	463	a	24	15	489	b	4
268	439	a	44	310	463	b	35	16	490	b	5
269	439	b	48	311	464	a	21	17	490	b	27
270	440	b	15	312	464	b	44	18	491	a	40
271	441	a	32	313	465	b	8	19	492	a	9
272	441	b	43	314	466	a	23	20	492	b	14
273	442	a	62	315	466	b	34	21	493	a	16
274	443	a	13	316	467	b	16	22	493	b	27
275	443	b	26	317	468	a	9	23	494	b	10
276	444	a	48	318	468	b	30	24	494	b	30
277	445	a	8	319	468	b	46	25	495	a	23
278	445	b	43	320	469	b	17	26	495	b	40
279	446	a	37	321	470	a	27	27	496	a	60
280	446	b	46	322	470	b	22	28	497	a	10
281	447	b	9	323	471	a	53	29	497	b	29
282	448	a	23	324	472	a	6	30	498	a	32
283	448	b	29	325	472	b	12	31	498	b	41
284	449	a	30	326	473	a	23	32	499	b	13
285	449	b	47	327	473	b	31	33	500	a	28
286	450	b	11	328	474	a	51	34	500	b	24
287	450	b	64	329	475	a	12	35	501	b	6
288	451	b	5	330	476	a	9	36	501	b	42
289	452	a	15	331	476	b	22	37	502	a	45
290	452	b	10	332	477	a	41	38	503	a	7
291	452	b	57	333	478	a	5	39	503	b	25
292	453	b	10	334	478	b	9	40	504	a	37
293	454	a	18					41	504	b	43
294	454	b	24					42	505	a	52

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. III.	pag.	cer.	lin.	Vol. III.	pag.	cer.	lin.	Vol. III.	pag.	cer.	lin.
43	506	a	10	85	530	b	34	127	555	a	25
44	506	b	29	86	531	b	2	128	555	b	36
45	506	b	47	87	532	a	20	129	556	a	33
46	507	a	38	88	532	b	46	130	556	b	45
47	507	b	33	89	533	b	15	131	557	a	43
48	508	a	40	90	534	b	8	132	558	a	7
49	508	b	52	91	534	b	22	133	558	b	9
50	509	b	16	92	535	a	33	134	559	a	17
51	510	a.	36	93	535	b	46	135	559	b	25
52	510	b	35	94	536	a	49	136	560	a	34
53	511	b	4	95	537	a	3	137	560	b	38
54	512	a	12	96	537	b	11	138	561	a	44
55	512	b	22	97	538	a	16	139	561	b	59
56	513	a	36	98	538	b	28	140	562	b	2
57	513	b	49	99	539	a	33	141	563	a	9
58	514	a	52	100	539	b	48	142	563	b	12
59	514	b	51	101	540	b	8	143	564	a	13
60	515	b	3	102	541	a	19	144	564	b	23
61	516	a	12	103	541	b	23	145	565	a	10
62	516	b	27	104	542	a	34	146	565	b	25
63	517	a	3	105	542	b	44	147	566	a	37
64	517	b	20	106	543	a	52	148	566	b	48
65	518	a	33	107	544	a	8	149	567	b	11
66	518	b	54	108	544	b	16	150	568	a	16
67	519	b	14	109	545	a	18	151	568	b	34
68	520	a	22	110	545	b	15	152	569	a	9
69	520	b	42	111	546	a	35	153	569	b	9
70	521	a	52	112	546	b	45	154	570	a	23
71	522	a	19	113	547	a	47	155	570	b	25
72	522	b	35	114	547	b	54	156	571	b	26
73	523	b	3	115	548	a	53	157	572	a	13
74	524	a	17	116	549	a	9	158	572	b	31
75	524	b	43	117	549	b	13	159	573	b	6
76	525	b	4	118	550	a	18	160	574	b	11
77	526	a	11	119	550	b	23	161	574	b	24
78	526	b	13	120	551	a	30	162	575	a	7
79	527	a	28	121	551	b	39	163	575	a	60
80	527	b	42	122	552	a	41	164	575	b	40
81	528	a	45	123	553	a	2	165	576	a	36
82	528	b	47	124	553	b	9	166	576	b	26
83	529	b	7	125	554	a	8	167	577	a	28
84	530	a	29	126	554	b	17	168	577	b	21

Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.			Edit. Pat.	Edit. Rom.		
Vol. III.	pag.	cer.	lin.	Vol. III.	pag.	cer.	lin.	Vol. III.	pag.	cer.	lin.
169	578	a	15	190	587	b	27	211	597	a	33
170	578	a	52	191	588	a	52	212	597	b	30
171	578	b	44	192	589	a	34	213	598	a	21
172	579	b	12	193	589	b	13	214	598	b	28
173	579	b	40	194	589	b	58	215	599	a	19
174	580	a	37	195	590	a	55	216	599	b	7
175	580	b	26	196	590	b	36	217	599	b	41
176	580	b	60	197	591	a	37	218	600	a	27
177	581	a	44	198	591	b	28	219	600	b	14
alpes. Victori Monumenta Duci Quem Rupit Apertas Pone Alpes Domitam Et Pro Tumulo Ausoniam (IIII. 346)
coenobium. Coenobium Adstructum Apertumque Devotis Virginibus Clarae Matris Legiferae (V. 2)
domus. Iudaeis Qui Christianam Professionem Amplecti Vellent Domus Hospitalis Aperta (IIII. 219) *La Casa de' Catecumeni*.
ergasterium. Hoc Rite Conditus Est Nicolaus Primus Qui Et Andreas Erizzus .. Cuius Providentia .. Ergasteria Aperta Artificibus Ne Iuventus Otio Difflueret (IIII. 372) *Casa di Lavoro*.
gymnasium. Gymnasio In Puellarum Subsidium Aperto (V. 157)
hospitium. Annus Sacer Magna Mortalium Frequentia Celebratus Hospitiis Advenis Apertis (IIII. 231) *L' anno del Giubbileo*. v. ANNVS *sacer*.
ludus. Omnem Substantiam Suam Ea Lege Patriae Transmisit Vti Ludo Publico Pueris Aperto De Calculatore Ad Rhetorem Institutio Esset (V. 167) v. CALCVLATOR.
lyceum. Suspicit Orbis Terrarum Munificentiam Mariae Magnae Augustae .. Cuius .. Impensis Lycea Aperta Aucta Magisteria Demonstrati Fontes Studiorum (V. 291)
portus. Portu Tarracinensibus Aperto (IIII. 324. a)
schola. Lyceo Magnifice Exstructo Scholae Iuventuti Instituendae Apertae (IIII. 221)
templum. Supplicationes Ad Caelitum Sanctorum Templa .. Quotannis Sunto Eiusque Rei Caussa Aeditui Templa Omnia Aperta Festoque Cultu Ornata Habento (IIII. 279)
valetudinarium. Valetudinarium Belottianum Grumellensibus Montanis Et Tahuncensibus Apertum (V. 294) *Agli abitanti di Grumello del Monte, e a quei di Tagliuno*.
via. Novae In Vrbe Viae Apertae (IIII. 295)
xenodochium. Xenodochio Advenis Aperto (IIII. 220)
* *adstructus, et apertus*. v. s. *coenobium*.
ditatus. Coenobia Duo Monachis Aperta Ditata (IIII. 136)
et excultus. Scholam Anatomicam Arti Salutis Humanae Praesidi Apertam Excultamque Instrumento Omni Ornandam Curaverunt (IIII. 245)
et ornatus. v. s. *templum*.
stratus, directus. Viae Apertae Stratae Directae (IIII. 217) *Aperte, selciate, raddrizzate*.
* *ad incrementa disciplinarum*. Ad Incrementa Omnium Disciplinarum Lyceum Fulginatibus Apertum .. (V. 227)
ad institutionem. Puellis .. E Plebe Ludus Ad Institutionem Apertus (V. 124)
auris, et populo. v. s. *aedes*.
in solamen plebis. Domus Pupillaris Tifernatibus Tiberinis In Solamen Plebis Aperta (IIII 325. b)
liberalitate. Sacru Cineri Et Piae Memoriae Francisci Canepari Presbyteri .. Cuius Mira Liberalitate Aperta Puellis Celsianis Domus (IIII. 371) *Scuola aperta alle giovanette della Chiesa de' SS. Nazario, e Celso (in Brescia)*
loco ampliore. Collegium Peronianum Brixianum Iuventuti Informandae Aedibus Ampliore Loco Apertis Restitutum (V. 227)
monachis. v. s. *ditatus*.
per Exquilias. Via Per Exquilias Apertae (IIII. 221)
plebi aegrotanti. Valetudinarium Publicum Millicianum .. Aegrotanti Plebi Apertum (V. 221)
providentia. v. s. *ergasterium*.

puellis Celsianis. v. *a. liberalitate*.
* *ad instituendas puellas*. Ludus Publicus Ad Puellas Instituendas Apertus (V. 213)
alendis, instituendisque liberis. Liberis Plebeiorum Alendis Instituendisq. Domus Apertae (V. 243)
instituendae iuventuti. Domus Iuventuti In Ecclesiae Spem Instituendae Aperta (IIII. 219) *Il Seminario*.
tollendae proli. Proli Incertorum Patrum Tollendae Domus Aperta (IIII. 210) *La Casa degli Esposti*.

APEX. ICIS. *Apice. Pileo del Flamine Diale*.
Quei Apice Insigne Dialis Flaminis Gesistei .. (II. 186)

APHRODISIA. AE. *Afrodisia*.
Flavia Aphrodisia (I. 178)

APHRODISIVS. II. *Afrodisio*.
A. Necin Aphrodisio (I. 188)

APICVLA. AE. *Apicula*.
Titedia Apiculae *(serva)* II. 121)

APIS. IS. *Ape*.
Ictus Apum Fervent Examine Dense Repertis
Dulces In Latebris Quae Posuere Favos (II. 203)

APLASIA. AE. *Aplasia*.
Aplasia L. F. Paullina (I. 165)

APOCHA. AE. *Ricevuta*. (Extr.)

APOCRISIARIVS. II. *Ambasciatore*.
Apocrisiarius Apud Regem Galliae. (V. 74) *Nunzio al Re di Francia*.

APOGRAPHON. I. *Apografo. Copia*.
Innocentius XI. Pont. Max. Hic Bibliothecam Vaticanam .. Autographis .. Veterum Codicibus Atque Apographis Adornavit (IIII. 271) *Gli originali, e le copie. Vtrumque vocabulum a Latinis usu perceptum: Svetonius de Augusti scripto (in Aug. c. 71)*, Nec id dubium est Autographa quadam epistola. Apographon *habet Plinius de tabulae exemplari (H. N. l. 35. c. 11. n. 40); et de scriptis Tullius usurpavit, quamquam Graecis usus litteris (ad Att. l. 12. ep. 50)*: Ἀπογραφα, *inquit*, sunt, minore labore fiunt *(ibid. †)*

APOLAVSTVS. I. *Apolausto*.
M. Vlpius Aug. L. Apolaustus (I. 275)

APOLLIN. (Apollinis)
Mensis Maius .. Sol Tauro Tutela Apollin. (I. 77. a)
—— (Apollinaris) *Apollinare. Appartenente ad Apollo*.
Ludi Apollin. (I. 69. a) *Giuochi in onore d' Apollo*.

APOLLINAR. (Apollinaria)
Apollinar. Neptunal. (I. 77. a) *Feste in onore d' Apollo, e di Nettuno*.

APOLLINARIS. IS. cogn. *Apollinare*.
Beneficen Sulpici Apollinaris (II. 103)
Concilium .. Indictum .. Adversus Apollinarem Et Sectatores Eius (IIII. 133)
—— n. p. *Apollinare*.
Apollinari Pont. Mart. Sollemnia Ad Aedem Eius (IIII. 45)
In Basilicam Proximam Classensem Ad Sepulcrum Hieromartyris Apollinaris Supplicatum Venit (V. 200)

APOLLINENSIS. IS. *Apollinese. D' Apollo*.
Collegium Iuventutis Vici Apollinensis (III. 87)

APOLLO. INIS. *Apollo*.
aedes Apollinis. Apollinis Aedem Et Circum Aedem Muros De Sua Pecunia Restituenda Curavit (III. 99)
bibliotheca. A Bibliotheca Latina Apollinis (I. 164)
numen. Sacrum Numini Apollinis (III. 9)
oraculum. Ex Oraculo Apollinis (I. 387)
templum. Curiam Et Continens Ei Calchidicum Templumque Apollinis In Palatio Cum Porticibus .. *(feci)* (III. 100)
umbra. At Tibi Cui Sacris Musarum Et Apollinis Vmbras
Exstructas Libuit Posthabuisse Domos
Perpetuo Similes Nostris Sint Frondibus Anni
Nobiscum Augescant Et Tibi Cuncta Bona (II. 232)
* *Augustus*. Apollini Augusto (I. 369. a)
Conservator. Apollini Conservatori Aug. (I. 369. a)
Maior. In Templo Apollinis Maioris (I. 246)
Medicus. Aedem Apollinis Medici Fecit (III. 105)
Pacifer. Apollini Pacifero (IIII. 10. †) v. IGNIPOTENS.
Palatinus. Apollini Palatino (I. 369. a)
Pythicus. Tuo Ductu Pythice Apollo Tuoque Numine Instinctus Pergo Ad Delendam Vrbem Veios (I. 333)
Salutaris. Apollini Salutari (I. 369. a)

APOLLONIA. AE. *Apollonia*.
Mariae Apolloniae Ioan. Giani F. (V. 169)
Salve Martyr Apollonia (V. 37)
Apolloniae Virg. Mart. Trans Tiber. (IIII. 34)

APOLLONIVS. II. cogn. *Apolloni*.
Quatuorviratu .. Delphini Apollonî .. (IIII. 292)
—— n. p. *Apollonio*.
Magno Antistiti Apollonio (IIII. 555)
Apollonius Senator Martyrum Numero Additus Est (IIII. 108)

APOLOGETICON. I. *Libro di apologia*.
Tertullianus Apologeticon Pro Christianis Scripsit (IIII. 129) *L' Apologetico*.

APONIA. AE. *Aponia*.
Aponia Syrilla (II. 206)

APONIVS. II. *Aponio*.
L. Aponius Abascantus (II. 106)

APOST. (Apostolicus)
Protonot. Apost. (V. 203) *Protonotario Apostolico*.
—— (Apostolus)
Paullus Apost. (III. 175. a)
Matthaeo Apost. Evang. (IIII. 49)
Matthaeo Apost. Et Evangelistae (V. 48)
Francisco Xaverio Apost. Indiar. (V. 60)
—— Apost. Indor. (IIII. 53) *Apostolo delle Indie*.

APOSTOLICVS. A. VM. *Apostolico*.
munus. Munere .. Fungens Apostolico Apud Beditiolenses (V. 115) *Missionario Apostolico in Bedizzole*.
sepulcrum. Templum Statuis Et Aereo Sepulcri Apostolici Fastigio Instructum (IIII. 225) *Fornito della tribuna di bronzo sopra il sepolcro detto la Confessione di S. Pietro*.
sodalis. Sodales Apostolici Ad Saxones (V. 259) *Confraternita degli Apostoli in S. Spirito in Sassia (di Roma)*

APOSTOLVS. I. (IIII. 265. †) *Apostolo*.
Sacerdotia .. sanctis Caelitibus, muneraque adscribenda sunt, quaecumque in vita obiere .. cujusmodi illa habentur, Apostolus, Martyr, Thaumaturgus: *et qui doctrinam atque eloquentiam designant*, Evangelistes, Doctor, Theologus, Chrysologus, Chrysostomus: *esto plerique omnes Latinis veteribus ignoti fuerint: satis est, ut apud priscos Christianos in honore fuisse constet, quorum et in Latina lingua, siquidem de appellationibus tantum agatur, utique aliquid valere debet auctoritas: quemadmodum praestantissimi Grammaticorum censuerunt, qui ex Tertulliano, ex Lactantio, ex aliis non paucis multa plane vocabula, quae vetustiorum scriptorum libri non habent, in commentarios suos derivarunt* (II. 147. †) Apostolus *graeca .. vox, sed quam in vetustissimis Christianorum scriptorum libris legimus, eamque Latina consuetudine enunciatam: Romani tamen jurisconsulti litteras, quae Appellatoriae aut Dimissoriae dicebantur, saepe et Apostolos nuncupabant* (IIII. 265. †)
Bonifacius. Litterae A Gregorio ($\overline{III}$) Scriptae Ad No-

ros Germaniae Christianos Quos Bonifacius Apostolus Attulit (IIII. 151)

Petrus. Petro Apostolo In Vatic. Quod Hoc Die Pontificatum Maximum In Vrbe Auspicatus Est (IIII. 33)

* *acta Apostolorum*. Aratos Acta Apostolorum .. Ad Petri In Exquiliis Recitavit (IIII. 140)

aemulator. Vir Sanctus Franciscus Xaverius Aemulator Apostolorum (IIII. 392)

dies festus. Conventus Coll. Faustin. In Agro Ob Diem Festum Apostolorum (V. 46)

memoria. Sacrum Numini Aeterno In Memoriam XII. Apostolorum .. (III. 12)

princeps. Parenti Vrbis Petro Principi Apostolorum Conservatori Pontificis Maximi (III. 14)

protoclitus. In Honorem Protocleti Apostolorum Andreae Sanctissimi Tutelaris (IIII. 352)

sepulcrum. Sepulcrum Apostolorum Concursu Populi Celebratur (IIII. 44)

* *conservator*. Apostolis Conservatoribus Pontificis Maximi (II. 19. †)

custos, propugnator. Petro Et Paullo Magnis Apostolis Custodibus Propugnatoribus (II. 23)

doctor orbis terrarum. Paullus Qui Et Saulus Domo Tarso Apostolus Doctor Orbis Terrarum .. (III. 46)

evangelista. In Honorem Sancti Ioannis Apostoli Evangelistae Caelestis Patroni (V. 10)

magnus. E Sodalitate Paulli Et Barnabae Magnorum Apostolorum (IIII. 363) *Barnabita*.

—— *patronus*. Philippo Bethsaidro Iacobo Adelphotheo Magnis Apostolis Caelestibus Patronis Curiae Tertiae (V. 265)

patronus caelestis. Honori Andreae Apostoli Caelestis Patroni (V. 53)

praestes, tutelaris. Apostolis Praestitibus Tutelaribus Petro Et Paullo Sacrum (V. 11)

sospitator. Francisco Xaverio Apostolo Sospitatori Orientis (IIII. 15) *Apostolo delle Indie*.

summus. Ieiunium Honori Summorum Apostolorum (V. 46) *De' Principi degli Apostoli*.

tres. Sollemnia In Hypog. Quod Hoc Die D. N. Insigni Luce Coruscus Tribus Apostolis Visus Est (V. 47) *Festa della Trasfigurazione*.

* *designatus*. Paullo Apostolo Designato (IIII. 34) *Festa della Conversione di S. Paolo*.

dicere Apostolum. Gregorius Gordiani F. Senetus .. Britannia Ad Christianam Professionem Traductis Apostolus Eius Gentis Dictus Est (IIII. 265)

supplicans Apostolo. Adtributum Singulis Vti Rite Apostolo Supplicantibus Ad Labes Animi Expiandas Privilegium Quiritium Iusque Omne Perpetuo Sit (V. 51) *Ad ognuno di loro, che faccia orazione al santo Apostolo secondo i modi prescritti, è conceduto in perpetuo per la remissione de' peccati ogni privilegio, e prerogativa godata da chi si trova in Roma*.

APOSTT. (Apostolorum)

Sacrosancta Capita Petri Et Paulli Apostt. In Later. Visuntur (IIII. 38)

APOTHECA. AE. *Dispensa*.

. . . . Merum Profundite
Nigrum Falernum Aut Setinum Aut Caecubum
Vivo Ac Volenti De Apotheca Dominica (I. 454)

APP. (Apostoli)

Blasio Pont. Mart. Extra Pomoerium In Aede App. Conventus Colleg. Faustin. (V. 42)

—— (Appia)

Viam Traianam App. Per Bruttios Salentinos (IIII. 243. †)

—— (Appius) *Appia*.

App. Madius Eudermon (II. 248)

APPARATORIVM. II. *Luogo delle lustrazioni, e de' conviti mortuarj*.

Porticum Cum Apparatorio Et Compitum A Solo Pecun. Sua Fecerunt (II. 136)

APPARATVS. VS. *Pompa. Fornimento. Apparecchio*.

dies gladiatorum, et apparatus. Hic (L. Egnatius Inventus) Obliterato Muneris Spectaculo Impetrata Editione Ab Indulgent. Max. Principis Diem Gladiatorum Et Omnem Apparatum Pecunia Sua Edidit (I. 127)

funus, et apparatus. Elatus Est Funere Publico Magnificoque Apparatu Moerentium Civium (IIII. 577)

* *magnificus*. v. s. *funus, et apparatus*.

magnus. Magno .. Apparatu Expeditio Suscepta Est (IIII. 188)

omnis. Speleum Cum Omni Apparatu Fecit (III. 99)

* *edere apparatum*. v. s. *dies gladiatorum, et apparatus*.

APPAREO. ES. *Apparire* ¶ *Servire. Assistere*.

domus. Sollemnia Ad Aed. Dei Servatoris Viro Lauri Quod Hoc Die Domus Sanctae Virginis Apud Picentes In Loreto Apparuit (IIII. 53) *Festa della S. Casa di Loreto*.

effigies. Sollemnia Ad Apollinarem Quod Hoc Die Effigies Sanctae Virginis In Pariete Apparuit (IIII. 35) *Festa della manifestazione dell' Immagine della B. V., che si venera nel portico della Chiesa di S. Apollinare*.

lympha. Hic Etiam Apparent Lymphae Non Ante Repertae
Languida Quae Infuso Lumina Rore Levant (I. 448)

¶ *Caesaribus, et Consulibus, et Praetoribus*. Viatores Qui Caesaribus Et Cos. Et Pr. Apparent Et Honore Vsi (III. 88)

Cardinalibus. Cubiculariis Qui Suffragiorum Tempore Patribus Cardinalibus Ad Conclave Vaticanum Apparuerunt (III. 58) *I Conclavisti*.

Magistratibus. Placere Huic Ordini .. Vt .. Ei .. Sacro Magistratus Quique Magistratibus Apparent Totius Civitatis Nomine Intersint (IIII. 284)

Pontificibus. Memoriae Et Quieti Dominici Hieron. F. Volpi V. C. .. Qui Pontificibus Maximis Quinque Munere Honorario Inter Cubicularios Apparuit (IIII. 98) *Cameriere d' onore*.

Apparere *Principi* non *Accensi* solum et *Lictores*, sed ceteri etiam *Principis administri* dicebantur. *Cornelius* sane de *Eumene*, quem *Rex Philippus Alexandri pater habuerat ad manum scribae loco*, ita loquutus est (*in Eumen. n. 13*): Sic Eumenes annorum quinque et quadraginta, quum ab anno vicesimo septem annos Philippo apparuisset, et tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuisset. *atque idem ante monuerat (in Eumen. n. 1), id muneris multo apud Graios honorificentius esse, quam apud Romanos (ibid. †)*

Sacerdotibus, et Magistratibus, et Senatui. Colleg. Victimarior. Qui Ipsi Et Sacerdotibus Et Magist. Et Senatui Apparent (II. 262)

APPARITOR. IS. *Famiglio. Ministro. Bidello*.

Tribuni. Apparitor Tribuni Plebis (III. 82)

* *et limocinctus*. Honori M. Gavi M. F. Pob.. Squilliani Eq. Pub. IIII. Vir. I. D. IIII. Vir. A. P. V. B. Curatori Viatinor. Apparitores Et Limocincti Tribunalis Eius (I. 92) *I Ministri, e i Littori*.

viator. Viator Apparitor Divi Claudi (III. 82) *Messaggiere. Famiglio*.

* *ceteri*. Placere Huic Ordini .. Ceteris Apparitoribus Iisdem Praeter Quam Lictoribus *Vti* (I. 286)

* *uti apparitoribus* v. s. *ceteri*.

APPELL. (Appellatus)

Appell. E. (Appellatus Est) (III. 149)

APPELLANDVS. A. VM. v. APPELLO.

Curatores Operum Publicorum . . Semitam Vtramque Silice Sternendam Opus Ipsum Viam Sacram Appellandam Decreverunt (V. 206)

APPELLATIO. NIS. *Titolo.*

Ducis Eboracensis Appellatione Resumpta (V. 71) *Rinsunto il titolo di Duca d' Yorck.*

APPELLATVS. A. VM. *Chiamato. Intitolato. Acclamato. Denominato* ¶ *Citato.*

auctor pietatis, et parens publicus. Auctor Vbique Pietatis Parensque Publicus Appellatus (IIII. 312. a)

Alexandria. Oppidum . . E Regione Conditum Et Ab Alexandro (III.) Pont. Max. Alexandria Appellatum (IIII. 186)

Augustus. Ala Augusta Ob Virtutem Appellata (II. 88)

Caesar. Summa Rerum Nicolao IIII. Nus Iurito Delata Iacobo Columnae Isque Caesar Appellatus (IIII. 196)

Imperator. C. Octavius C. F. C. N. C. Pron. Pater Augusti . . Imperator Appellatus Ex Provincia Macedonia (I. 268)

Magnus Dux. Kosmus Dux Florentinorum Magnus Dux A Pio (V.) Appellatus Insignia Regalia Sollemni Ritu Accepit (IIII. 219)

Parens patriae. Salve Primus Omnium Parens Patriae Appellate (I. 194)

Pater patriae. A Senatu Populoque Romano Pater Patriae Appellatus (II. 96)

Porta Braschia. S. P. Q. R. Portam Braschiam Quae Marlus Dicebatur A Solo Restitutam Et E Gente Optimi Principis Appellatam Dedicavit (V. 219. e)

Victor IIII Octavianus Card. Factione Aug. Fretus . . Se Piu Pontifice Maximo Gessit Victor IIII. Appellatus (IIII. 185)

• *restitutus, et appellatus.* v. s. *Porta Braschia.*

• *e gente.* v. s. *Porta Braschia.*

ob virtutem. v. s. *Augusta.*

primitus. Maria Magdalene Franc. Leopardi F. Martinenga a Barco . . Recepta In Ecclesiam Margarita Primitus Appellata (V. 159)

¶ *insimulatus, et appellatus.* Columnae Insimulati Appellatique Quod In Iudicium Non Venissent Pauli IIII. Sententia A Sacrio Remoti Sunt (IIII. 227)

APPELLENS. TIS. v. APPELLO. AS.

Appellente Ab Sanciano Navi Quae Sacrum Corpus Eius (Francisci Xaverii) Mense Post Mortem Quinto Integrum Recensque Advehebat (IIII. 15)

APPELLO. AS. *Chiamare. Intitolare. Acclamare. Denominare.*

altorem, vindicem, solatorem. Quum . . Eundem (Alexandrum Albanum Card.) . . Omnes . . Inopum Et Egentium Altorem Calamitosorum Vindicem Solatorem Orbitatis Appellarent (II. 230)

hostem. Adelgisus Dux Beneventanorum Ob Cassinensium Hostis Appellatus Est (IIII. 161)

matrem pauperum. Matronae Veteris Sanctitatis Quam Mater Pauperum Appellata Est (IIII. 116)

monumentum Terentianorum. Monumentum Quod Est Via Triumphali . . Et Appellatur Terentianorum Iuxta Monumentum Claudi Quondam Proculi (II. 43)

• *Archiepiscopum.* Amatus Pontifex Salernitanorum Archiepiscopus Appellatus Est (IIII. 167)

Augustum. Gregorius (V.) Regi Othoni Insignia Imperii Dedit Et Augustum Appellavit (IIII. 168)

—— Placere Senatui Vt Hic Mensis Augustus Appelletur (II. 167)

Castrum Clementinum. Id . . Oppidum Vt De Nomine Meo Castrum Clementinum Appelletis Permitto (IIII. 296)

Censorinum. Qui Postea Censorinus Appellatus Est (II. 129)

Defensorem Ecclesiae. Sebastianus Defensor Ecclesiae Appellatus Est (IIII. 131)

—— *fidei.* Rex Britanniae Henricus VIII. Quod Perversam Lutheri Doctrinam Strenue Scriptis Refutasset Defensor Fidei A Leone (X.) Appellatus Est (IIII. 214)

Dominam. Quum D. N Maria Orifora . . Spem Omnibus Fecerit Ea Erga Nos Voluntate In Perpetuum Se Futuram Qua Nos Publice Dominam Clavibus Vrbis In Argumentum Delati Imperii Dicatis Appellavimus . . (IIII. 284)

Ducem. Federicus Cui Vrbinates Parebant Dux Appellatus Est (IIII. 210)

Imperatorem. Constantinus Caesar A Militibus In Britannia Imperator Appellatus Est (IIII. 131)

—— *Augustum.* Natali Die D. N. Iesu Rex Karolus In Templo Vaticano Post Sacrum Sollemne A Leone (III) Rite Redimitus Senatu Populoq. Adclamante Imperator Augustus Appellatus Est (IIII. 155)

Ioannem XXI. Huic Suffectus Ioannes XVIIII. Qui XXI. Appellatus Est (IIII. 195)

Iulias. Aedes Sacrae A Iulio Quotquot Exstructae Binae Extra Pomoerium Valentini Et Callisti Binae Intus Quae Iuliae Appellatae Sunt (IIII. 132)

• *Maximum.* M. Valerius Volusi F. Qui In Hoc Honore Maximus Appellatus Est (St. 128. a) (*Deest in edit. Pat.*)

Megalen. Ludi M. D. M. I (Magnae Deum Matris Ideae) Megalenses Vocantur Quod Ea Dea Megale Appellatur (II. 96)

Parentem Ordinis. Placere Vniversis . . Vt . . Communi Consensu Parens Ordinis N. Appelletur (V. 257)

—— *patriae.* M. Tullius M. F. Cicero . . Re Publica E Periculis Erepta Primus Omnium A Senatu Parens Patriae Appellatus Est (I. 147)

Parilia. Is . . Dies Natalis Vrbis Parilia Appellatus Est (I. 203. a)

Patrem. Q *Fabius* Q. F. Maximus Exercitui Profligato Subvenit Et Eo Nomine Ab Exercitu Minuciano Pater Appellatus Est (I. 265)

—— *patriae.* Placere Huic Ordini . . Vt . . Civitas N . . . Quaecumque Ei (Stephano Borgiae Card.) Monumenta Dicaverit In Eis Vt Pater Patriae Appelletur (V. 250)

Patricium. Senatus Populusque Romanus Regem Pipinum Patricium Appellavit (IIII. 153)

Perfugium Pium. Pius VI. Pont. Max. . . Matribus E Plebe Iguvina Vrbis Et Agri Adlevandis Domum Puellarem Cum Officinis Operis Lanari Et Lintei Quam De Nomine Suo Perfugium Pium Appellari Passus Est . . Munificentia Sua Constituendam Curavit (V. 206)

In monumento Ancyrano scriptam invenies (Grut. p. 232) Porticum Ad Circum Flaminium Quam Sum Appellari Passus Ex Nomine Eius Qui Priorem Eodem In Solo Fecerat. *utrumque scilicet laude dignum, sive exorandus sis, ut quod tuum est opus, tibi adtribuatur, sive aequo animo feras, ut prae te alter operis tui conditor haberi possit (ibid. †)*

Petrum. Rex Cedoaldus . . Christianus Sacro Baptismate Factus Et Petrus Appellatus Est (IIII. 147)

Pipinum. Karlomannus Ab Hadriano Baptismate Ablutus Et Pipinus Appellatus Est (IIII. 154)

Pontificem Oecumenicum. Gregorius (Magnus) . . Ioannem Episcopum Constantinopol. Qui Se Pontificem Oecumenicum Appellabat Abstinere Eo Titulo Iussit (IIII. 142)

Poplicolam. P. Valerius Volusi F. Qui In Hoc Honore Poplicola Appellatus Est (St. 128. b) (*Deest in edit. Pat.*)

Portum Victorianum. Rex Victor . . Amadeus III. Aug.

Portam A Solo Restituendam Curavit Quam Ex Nomine Suo Victorianam Appellari Passus Est (IIII. 240) v. s. *Perfugium Pium*.

Praetorem, Iudicem, Consulem. Regia Imperio Duo Sueto Iique Praeeundo Iudicando Consulendo Praetores Iudices Consules Appellantur (II. 156)

Principem. Equites.. Romani Vniversi Principem Caium Hastis Argenteis Donatum Appellaverunt (I. 83. †)

Quirinum. Romulus Silvius Rex E Medio Sublatus DIvorum Numero AdscrIptus Et QuirInus Appellatus Est (I. 203)

Regem. Concilium Actum Vt Ridolfus Henrici Loco Rex Germaniae Appellaretur (IIII. 175)

Tribunum Augustum. Nicolaus Laurentii F. Quum Seditione Facta Tribunus Augustus Appellatus Esset Senatorem Capitolio Exegit (IIII. 200)

Venocem. In Hoc Honore Venox Appellatus Est (IIII. 129) *Venuce, scopritore delle vene dell' Acqua Claudia. Quod nempe aquae Claudiae Venas perquisivisset. is fuit C. Plautius cum Ap. Claudio Censor (v. Front. de Aquaed. n. 5) (ibid. †)*

Victorem IIII. Huic (Anacleto) Factio Seditiosorum Gregorium Suffecit Et Victorem IIII. Appellavit (IIII. 182)

* *pati appellari*. Porticum Ad Circum Flaminium Quam Suam Appellari Passus Ex Nomine Eius Qui Priorem Eodem In Solo Fecerat (IIII. 100) v. s. *Perfugium Pium*.

permitto. v. s. *Castrum Clementinum*.

sufficio, et appello. v. s. *Victorem*.

* *adclamante Senatu, et Populo*. v. s. *Imperatorem Augustum*.

de nomine. v. s. *Castrum Clementinum*. *Perfugium Pium*.

de numero oratorio. Iovitas Rapicius.. Opus Reliquit Eximium Quod De Numero Oratorio Appellatur (IIII. 358).

eo nomine. v. s. *Patrem*.

ex nomine. v. s. *Portam Victorianam*.

in honore. v. s. *Paplicolam*.

iterum. Henricus Aug. F. Rex Germaniae Opera Eius (Victoris II) Iterum Appellatus Est (IIII. 172)

ob coniurationem. v. s. *hostem*.

ob devictos Saracenos. Guido Dux Spoletinorum.: Ob Saracenos Devictus Augustus Appellatus Est (IIII. 162)

ob vigilantiam, et prudentiam. Quieti Et Memoriae Fidelis RocchI.. Quem In Magnis Belli Periculis Ob Singularem Vigilantiam Insignemque Prudentiam Pleraeque Gentes Patrem Patriae Appellarunt (V. 126)

opera eius. v. s. *iterum*.

publice. v. s. *dominam*.

ritu solemni. Rex Ludovicus Lotharii Aug. F. Romam A Patre Missus Sollemni Ritu Augustus A Leone (IIII.) Appellatus Est (IIII. 158)

APPELLO. IS. *Approdare*.

classis. Classis Instructa Quae Neapolim Cum Sociorum Navibus Appulit (IIII. 214)

* *classe*. Constans Aug. Classe Tarentum Appulit (IIII. 145)

Genuam. Vrbanus (V.) Romam Cogitans Magna Italiae Laetitia Genuam Appulit (IIII. 201)

in Italiam. Turcarum Classis In Italiam Appulit (IIII. 210)

Piraeum. Classis Laconica Egressa Saronicum Sinum Invehitur Piraeum Appulit (II. 123. b)

APPETENDVS. A. VM. v. APPETO.

Sodalibus Bonae Morti Appetendae.. Templum S. Nicolai Magni Datum Adsignatum Est (II. 37) *A' Confratelli della Buona Morte*.

APPETITVS. A. VM. *Assalito*.

Athanasius Sanctus.. Pontifex Maior Alexandriae... In Pontificatu Ob Catholicam Professionem Conviciis Improborum Appetitus (IIII. 263)

APPETO. IS. *Aspirare* ¶ *Assalire*.

magistratum. Senatui Placere.. Eius (C. Caesaris).: Rationem Quemcumque Magistratum Appetet Ita Haberi Vt.. (IIII. 143)

¶ *caelestia*. Caelestia Libens Appetiit (IIII. 377) *Andò in cielo*.

¶ *vitam*. Nicolaus Laurentii F... Seditione Rursum Coorta Quod Vita Eius Ferro Appeteretur Vrbe Profugit (IIII. 200) *Attentare alla vita*.

* *ferro*. v. s. *vitam*.

licentia militari. Orator Regis Galliarum Licentia Militari Appetitus Est (IIII. 228)

APPIA. AE. *L' Appia. La via Appia*.

Pio VI. Pont. Max... Ob Cuius Providentiam :: Appia Italiae Ager Pomptinus Vrbi Redditus Est (II. 57)

Appiae Tractus Ad Piscinariam Quem Aquae Stagnantes Interruperant Pontibus Iunctus Aggeribus Munitus (V. 210)

—— n. p. *Appia*.

D. M. Appiae Verae Karissimae (II. 109)

Appia Severina (II. 274)

APPIANVS. I. *Appiani*.

Honorem Habete Cineri Et Memoriae Karoli Ioan. F. Appiani (IIII. 366)

APPIVS. A. VM. *Appio*.

Viae Appiae.. Diagramma FrancI FerrarI Mann (V. 295) *Il disegno della Via Appia*.

Ordo Populusque Veliter. Vt Viam Appiam Traianam Providentia Pii VI. Pont. Max. Post Immemorabilis Aevi Spatia Restitutam Consensu Optimi Principis Municipio Coniungeret.. (IIII. 243)

Appius Claudius C. F. Caecus In Censura Viam Appiam Stravit (I. 265)

APPIVS. II. *Appio*.

Imp. Caesar Nerva Aug... Viam A Tripontio Ad Forum Appi Ex Glarea Silice Sternendam Sua Pecunia Inchoavit (II. 129)

APPLIC. (Applicari) *Attaccare. Unire. Congiungere*.

H. Manum. Vicinum Applic. Non Licet (I. 154) *Non si può unire l' Ustrino al monumento*.

APPOCVLINVS. I. *Appoculino*.

L. Dentasio L. F. Pap. Appoculino (II. 60)

APPOSITVS. A. VM. *Collocato vicino*.

Ab His Columnis Quae Incommode Apposita Videbantur Signa Amovit (IIII. 100)

APPRIME. *In singolar modo*.

Ab Ipsa Adolescentia Litteris Apprime Deditus (IIII. 374)

Iovitas Rapicius.. Fausto Aere Natus Institutores Habuit Egregios A Quibus Litteras Apprime Didicit (IIII. 358)

APPVLSVS. A. VM. *Portato a riva*.

Alexander (III.) Siciliam Appulsus Regis Gulielmi Triremibus Romam Vectus Et Populo Plaudente In Lateranum Deductus Est (IIII. 185)

APPVLVS. A. VM. *Pugliese*.

Paschalis (II.).. Troiam Appulam Perrexit Vt Concilio Iterum Indicto Paschales Dies Constitueret (IIII. 180)

APR. (Aprilis)

Decessit VIII. Eid. Apr. (V. 72)

XI. K. Apr. Die Violari (I. 322)

Pr. Non. Apr... Vita Functa (V. 56)

APRICANDVS. A. VM. *Da passeggiare all' aperto*.

Ex Decreto Ordinis Viae Limites Fetiatis Civibus Ad Apricandum Prolati (IIII. 244)

Ad Apricandum *Tullius.. de Alexandro, quem Diogenes rogantem sic admonuerat*, Nunc quidem paullulum a sole *(de Divin. l. 5. c. 32) subjicit*, Officerat

videlicet Apricanti. *et apud Nonium (c. 2. n. 65) Varro:* Licet videre multos, quotidie hieme in sole Apricari. *rem eandem Horatius paullo fusius designavit, ubi Maecenatianos attigit hortos (lib. 1. serm. 8. v. 11)*
Nunc licet Esquiliis habitare salubribus, atque
Aggere in aprico spatiari.
Apricum *autem locum esse scribit Festus a sole apertum, additque:* a Graeco vocabulo φριχης appellatur, quasi Αφριχης, id est sine horrore, videlicet frigoris, unde etiam putatur Africa appellari. φριξ *enim fremitus maris dicitur, a quo est* φρισσω *horresco, et* φριχη *horror (ibid. †)*

APRIL. (Aprilis)
Idib. April. (II. 241. b)
Ante K. April. (III. 50)
III. Non. April. (III. 105)

APRILIB. (Aprilibus)
Idibus Aprilib. (II. 31)

APRILIS. E. *D' Aprile.*
Eidib. Aprilibus (I. 290)
A. D. Pr. Idus Apriles (II. 37)
A Kal. Aprilibus (III. 294)
III. Non. Apriles (V. 6)

APRILIS. IS. *Aprile.*
Ad XIII. K. Aprilis (I. 524)
Quum (Pius VI.) Hisce In Aedibus Aprili Mense Dies Quatuordecim Hospitatus Est (III. 60)
—— cogn. *Aprile.*
Valerini C. L. Aprili (II. 508)

APRONIANVS. I. *Aproniano.*
L. Valerio Aproniano (I. 325)

APRONIVS. II. *Apronio.*
L. Apronius C. F. C. N. (III. 130)

APSENS. TIS. *Assente.*
Ex Stipe Quam Populus Romanus Anno Novo Apsenti Contulit (I. 59)
Tertium Cos. Apsens Creatus (I. 266) v. ABSENS.

APSOLVO. IS. *Compiere.*
C. Valerio Voleso Co. Cinna Magno Cos. Kal. Mart. Apsolutum Est (II. 136) v. ABSOLVO.

APSOLVTVS. A. VM. *Compiuto.*
Opus Apsolutum Ex Testamento Diebus CCCXXX. (I. 158) v. ABSOLVTVS.

APSVMPTVS. A. VM. *Distrutto.*
Spelaeum Violentia Ignis Apsumptum .. Pecunia Sua Restituit (III. 100) v. ABSVMPTVS.

APTVS. A. VM. *Adatto. Atto.*
domus. Quod De Parsimoniae Laude Opes Nactus Aptam Stabilemque Electis Alumnis Domum Primus Constituerit (V. 70)
ingenium. Hipparino Veroae Meo Bene Merenti Feci Quem Non Secus Dilexi Ac Filium Propter Ingenium Eius Docile Come Aptum Ad Artes Optimas (III. 218)
mater familias. Mater Familias Frugi Munifica Apta Studiis Et Bonis Artibus Musices Scientissima (V. 161)
praetorium. Praetorium Sibi Et Suis Aptum Iocundum .. Ab Incohato Aedificari Ornarique Iussit (V. 229)
ratis. Dicor Parva Ratis Dicor Minus Apta Superbis Puppibus Aequoreos Portitor Ire Vias (III. 205)
* *docilis, comis, aptus ad artes optimas.* v. s. *ingenium.*
iocundus. v. s. *praetorium.*
et stabilis. v. s. *domus.*
* *ad artes optimas:* v. s. *ingenium.*
coelestibus. Tu Mihi Plaudebas Frater Optime Iam Caelestibus Apto Vox In Aevum Victuro (III. 389) *Degno d' entrare fra' Beati.*
caelo. Heic Nescia Interitus Sui Sed Apta Caelo Condita Est Maria Magdalena Vinc. F. Cigola Comes (III. 387)
sibi, et suis. v. s. *praetorium.*
studiis, et bonis artibus. v. s. *mater familias.*

APVA. AE. *Pontremoli.*
Externa Mordine Cadis Tellure Sed Ipsa
Te Nos Elatum Dicimus In Patria
Nam Te Civem Apua Et Patrino Te Fassa Patentem
Moesta Tui Luctu Funeris Et Lacrimis (III. 335)

APVAN. (Apuanus)
Quieti Et Memoriae Petri Mordini .. Praetoris Apuan. Iterum (III. 333) *Vicario di Pontremoli per la seconda volta.*

APVANVS. A. VM. *Di Pontremoli.*
Ordo Et Populus Apuanus (II. 50)

APVD. *Appresso.*
de loco. Mauracenus Apud Aeginam Insulam Legatione Accepta Totius Reipublicae Suffragio Venetiarum Princeps Salutatur (II. 103. b)
Pausanias Lacedaemonius Imperator Coius Ductu Barbari Apud Plataeas Deleti Sunt (III. 197)
de persona. cives. Quieti Et Memoriae Antonii Franc. F. Caprettae Ortu Veneti Civitate Brixiani Summis Honoribus Apud Cives Alteros In Exemplum Perfuncti (V. 133)
exteros. Iacobus Bonfadius .. Conditor Annalium Genuensium Infelici Exitu Nec Tamen Apud Exteros Minus Illustri Nomine (V. 246)
maiores. Heic Apud Maiores Suos Adquiescit Karolus Hom. P. Albanus .. (V. 156)
nos. Quum Vir Princeps Aloisius Braschius Onestius .. Dudum Magno Rei Publicae Bono Ad Civitatem N. Aedibus Apud Nos Fundisq. Coemptis Vel Mancipii Iure Vel Vicinitatis Propinquitate Pertinere Coeperit .. (III. 288)
Picentes. Sollemnia .. Quod Hoc Die Domus Sanctae Virginis Apud Picentes In Loreto Apparuit (III. 53)
posteros. Monumentis .. Ubique Virtutis Eius (Franc. Iosephi .. Barberae) In Exemplum Relictis Vivet Apud Posteros Fama Meritorum (III. 357)
se. Ibidem Virgines Salesianae Et Municipes S. Viti Cor Magni Patriarchae Dionysii Delfini Paterni Amoris Monumentum Apud Se Condi Voluerunt (V. 157)
pro in. Incipiunt Supplicationes Pro Defunctis In Diem Octavum Apud Aedem Mar. Maior. (V. 49) *Comincia l' Ottavario de' morti in S. Maria Maggiore.*
Agno Pismacus Apud Collegium Soc. Ies .. (Extr.)
pro domi. Quum D. N. Pius VI. P. M .. Noctem Apud Nos Hospitatus Sit .. (III. 285)
Virgines Matronaeve Ne Quis Choreorum Ducendarum Causa Domum Suam Invitet Recipiatve Neve Eius Rei Ergo Fidicines Tibicinasque Aut Scenicos Quosve Artifices Apud Se Habeat (III. 279)
pro inter. Vobis A Deo Supplices Quietem Superstites Aeternam Apud Caelestes Revisuri Petimus (V. 285)
Fuit Apud Superos Mens. VI. (II. 108)
pro coram. apud Iudices. Annui Reditus .. Apud Viberone Iudices Per Caietanum Pompeium Procuratorem Actione Forensi Vindicati Sunt (III. 304)
Principem. Cives Apud Principem Senatus Sacramentum Dicere Iussi (III. 184)
Quaestorem. Edicimus Omnes Qui Frumentum In Horreis Habent Quantum Quisque Habeat Ante K. Februarias Primas Apud Quaestorem Alimentarium Profiteantur (II. 52)
se. Huius Legis Ergo Id Ei Ne Fraudi Esto .. Neve Quis De Ea Re Apud Se Agi Sinito (II. 160)

APVLENSIS. E. *Apulese. D' Alba Giulia.*
Proc. Aug. Daciae Apulensis (II. 62)

APVLIA. AE. *Puglia.*
provincia. Honorius (II) .. Rogerium Comitem Siciliae Apuliam Provinciam Sibi Vindicantem In Officio Continere Conatus Est (III. 281)
• *Dux Apuliae*. Rogerius Dux Apuliae Fidem Vrbano (II.) Suam Iureiurando Obligavit Se In Eius Potestate Futurum (III. 176)
oppidum. Henricus Aug. .. Novam Apuliae Oppidum Troiam Ad Deditionem Impulit (III. 170)
• *per Apuliam*. Iuridicus Per Apuliam (III. 76)

APVLONIA. AE. *Apulonia.*
Dis Manibus Memoriae Cineribus Antoniae Apuloniae (III. 28)

APVSTIA. AE. *Apustia.*
Apustiae Romanae (III. 29)

APVSVLENVS. I. *Apusulena.*
L. Apusulenus L. L. Eros (II. 525)

APVT *pro* APVD (II. 504)

AQ

AQ.

AQ. (Aquensis) *D' Aix.*
Fin. Aq. Fin. Arel. (Fines Aquenses Fines Arelatenses (II. 139)
—— (Aquilifer) *Portatore dell' Insegna dell' Aquila.*
Aq. Praet. Vrbis (III. 146)

AQVA. AE. *Acqua.*
haustus saluberrimi. Ordo Et Populus Guarceniensium .. Aquam Guarceniam Saluberrimi Haustus Procul Incuria Dilabentem Impensa Sua .. In Publica Commoda Derivavit (V. 215) *Acqua dell' acquedotto di Guarceno ottima a bersi.*
paludium. Aquis Paludium Corrivatis (II. 57)
Sammani. Municipes Et Incolae Thienenses Salubres Sammani Aquas A Milliario Sexto Per Arduos Anfractus .. Adducendas Curaverunt (V. 223)
• *adluvio aquarum*. Pius VI. Pont. Max. Aedem Curiae Vetustate Corruptam Et Aquarum Torrentium Adluvionibus Infestam .. Sua Impensa Perficiendam Curavit (V. 3)
castellum aquae. Pius VI. Pont. Max. .. Castellum Aquae Sabatinae Aggestu Arenae Coarctatum Mole Intra Locum Opposita Munire Iussit (V. 205)
curator aquarum. Curatores Aquarum Qui Nunc Sunt Quique Erunt .. (I. 281)
cursus. Aquarum Cursus Rest. (II. 135)
digitus aquae. Vt Aquae Digitus In Domo Eius Flueret Commodisq. Publicis Ac Si Decurio Frueretur .. Decrevit (I. 118)
De aquae digito *haec nos docuit Frontinus (de Aquaed. art. 24): Est* autem Digitus, ut convenit, sextadecima pars pedis, unciae duodecima *(ibid. †)*
ductus. Arcus Ductus Aquae Virginis Disturbatos .. A Fundamentis Novos Fecit Ac Restituit (III. 105) *Gli archi dell' acquedotto dell' Acqua Vergine.*
forma. Pius VI. Pont. Max. Formam Aquae Paullae Scatebris Dilabentibus Decrescentem .. A Capite Ad Milliarium XX. Fontibus Corrivatis Restitui .. Iussit (V. 205) *Condotta scemata d' acqua.*
imber. Ite Sacri Certis Celsa Ad Delubra Ministri
Ite Nec Hibernae Terreat Imber Aquae (III. 223)
libramentum. Aquae Libramentum Restitutum (II. 251. †) *Il livello dell' acqua.*
murmur. Calcamus Rapidas Subiecti Gurgitis Vndas
Et Libet Iratae Cernere Murmur Aquae (I. 450)

AQVA. AE

potens aquarum. Deo Neptuno Aquarum Potenti (III. 11)
rivi. Rivi Aquarum Refecti (III. 160)
—— *specus, fornices, fistulae, tubuli, castella, lacus*. Quicumque Post Hanc Legem Rogatam Rivos Specus Fornices Fistulas Tubulos Castella Lacus Aquarum Publicarum Quae Ad Vrbem Ducuntur Sciens Dolo Malo Foraverit Ruperit Forandа Rumpendaque Curaverit .. (I. 280)
structura aquae. Cippus Primus .. Abest .. Ab Structura Aquae Clusaris P. VS. (II. 140) *Edifizio per tener chiusa l' acqua.*
vis aquarum. Senatus Vectigal Et Decimas In Annos X. Multhos Adversus Vim Aquarum Restituendis Remisit (V. 224)
• *alveus, et lacus*. Aquae Alveum Et Lacum Sacrum Restituerunt (III. 203)
balineum, campus, porticus, aqua. Balineum Campum Porticus Ac Aquas Iusque Earum Aquarum Tubo Ducendarum .. Vicanis Albinnensibus D. S. D. (I. 255)
salientes, canales, fistulae, sigilla, tecta. Aquam In Forum Sua Impensa Perduxerunt Salientes Quadrifariam Suo Loco Restituerunt Canales Vetustate Corruptos Et Dissipatos Restituerunt Fistulas Omnes Et Sigilla Ahenea Posuerunt Tecta Refecerunt (II. 133)
templa, viae, aquae, aerarium, vectigalia. Censores .. Vrbis Templa Vias Aquas Aerarium Vectigalia Tuento (II. 156)
caelestis. Aquam Caelestem Dilabentem Montibus Collectam Intercisa Aggere Per Formam Cur. Sua Factum In Piscinis Repurgatis Longo Tempore Cessantibus P. P. Perduxerunt (I. 227)
Pluvialem aquam Horatius quoque Caelestem *nuncupat (Epist. 1. l. 2. v. 135). haec, quum montibus, relicta veteri fossa, sine lege diffluerет, aperto aggere, quo fortasse urbs vallabatur, nova forma derivarunt in piscinas limarias, quae jam aruerant, atque ex his, limo deposito, ad salientes et lacus oppidi perduxerunt (ibid †)*
clusaris. v. s. *structura*.
hiberna. v. s. *imber*.
irata. v. s. *murmur*.
nova. Quod Aquam Novam Conquirendam Et In Municip. Perducend. .. Pec. Pub. C. (II. 57)

plures. Nimirum Locus Ipse Sui Ciceronis Honori
Hoc Dedit Hic Fontes Quum Patefecit Ope
Vt Quoniam Toto Legitur Sine Fine Per Orbem
Sint Plures Oculis Quae Medeantur Aquae (I. 448)

publica. V. F. De Iis Qui Curatores Aquarum Publicarum Ex Consensu Senatus A Caesare Augusto Nominati Essent Ordinandis .. (I. 286)

salubris. v. s. *Summani*.

torrens. v. s. *adluvio*.

uberior, *ac pellucidior*. Quum .. Effecerit Vt .. Aqua .. Formis Purgatis Et Restitutis Vberius Ac Pellucidior In Vrbem Influeret .. (V. 254)

* *Albana*. Ad Rivom Aquae Albanae (II. 115. †)

Augusta. Senatus Populusque Mediolanensis Ductum Aquae Augustae .. (III. 41)

Claudia Augusta. Rivom Aquae Claudiae August. Sub Monte Aeflano Consummavit (II. 28) *Nella Valle Arcense*.

—— *et Anienis Nova*. Aquas Claudiam .. Item Anienem Novam .. Sua Impensa In Vrbem Perducendas Curavit (I. 219. †)

Curtia, *et Caerulea*. Aquas Curtiam Et Caeruleam Perductas A Divo Claudio Et Postea Intermissas Dilapsasque Per Annos Novem Sua Impensa Vrbi Restituit (I. 222. †)

Felix. Xystus (V.) .. Aquam Felicem In Quirinalem Deduxit (III. 221)

Guarcenia. v. s. *haustus saluberrimi*.

Longiana. Aquam Longianam A Milliario III. Excisis Montibus Substructisque Fornicibus In Oppidum Impensa Sua Primus Adduxit (III. 248)

Marcia. Rivom Aquae Marciae Vetustate Dilapsum Refecit (II. 301)

—— *Cerulea*, *Curtia*, *Albudinea*. Aquae Marciae Ceruleae Curtiae Albudineae (II. 222)

Martia. Aquam Quae Martia Appellatur Duplicavi Fonte Novo In Rivum Eius Immisso (III. 105) (*quidam Marcia legerunt pro Martia*)

Neptunia. L. Valerius Flaccus Molem Ad Neptunias Aquas Vt Iter Populo Esset Et Viam Per Formianum Montem Faciundam Locavit (III. 109)

Paulla. Aqua Paulla A Milliario XXXV. In Ianiculum Perducta (IIII. 234)

Pia. (IIII. 324. 2)

Sabatina. Aqua Sabatina In Ianiculum Et Vaticanum Reducta (IIII. 138)

Salviae aquae. Aedes Anastasii Ad Aquas Salvias Coenobio Aucta (IIII. 183) *Alle tre Fontane*.

Traiana. Aqua Traiana S. P. Q. R. Optimo Principi (I. 384) v. AVRELIVS. A. VM.

Tullia. (V. 296)

Vetus. Proef. Formae Et Ripae. Tuendar. : . Ductum Aquae Veteris .. Intra Dies XV. Restituendum Curaverunt (V. 222)

Virgo. Providentia D. N. Pii VI. Pont. Max. Ductus Aquae Virginis Superiorum Temporum Negligentia Corruptus .. Restitutus Est Retroversus Pedes CLXXV. (V. 210)

* *a capite aquarum*. Imp. T. Caesar Divi F. Vespasianus Augustus .. Aquas Curtiam Et Caeruleam Perductas A Divo Claudio Et Postea A Divo Vespasiano Patre Suo Vrbi Restitutas Cum A Capite Aquarum A Solo Vetustate Dilapsae Essent Nova Forma Reducendas Sua Impensa Curavit (I. 219)

ad aquas. (I. 231. †)

propter aquam. Luderet In Viridi Dum Caespite Lydius Infans
Propter Aquam Ab Pietas Ictus Ab Angue Cadit (III. 139)

* *adducere aquam*. Appius Claudius C. F. Caecus Censor .. Aquam In Vrbem Adduxit .. (I. 263)

adducenda. Abundius Aur. F. Rezzonicus Senatus Vrbis .. Aquam In Sublime Adducendam Et Balineum Extruendum Curavit (V. 233)

adducta. Iussu D. N. Pii VI. Pont. Max. Aqua Adducta (V. 217)

adimere aquam. Censores Aquam Publicam Omnem In Privatum Aedificium Aut Agrum Fluentem Ademerunt (III. 106)

collecta. Vicani Monticellenses Aquas Caelestes In Arce Collectas In Fontem Et Cisternas Publicas Sua Impensa Derivandas Curaverunt (V. 202)

conquirenda, *et perducenda*. v. s. *nova*.

corrivata. Antonius Livi F. Odescalchius .. Fossam Milliarum. XIIII. Anno M DCC. LXXXI. Inchoatam Aquis Vndique Corrivatis Intra Menses XIIII. Perduxit (IIII. 247)

dare aquas. Aquas Earumque Ductum D. S. D. (I. 215)

—— *vel adtribuere*. Quorum Hortorum Praediorum Locorum Dominis Possessoribus Aqua Data Vel Adtributa Est Erit .. (I. 280) v. ADTRIBVO *aquam*.

defluere. Hadrianus Dum Aquae Defluerent Sumpta Sua Alimenta Ad Aedes Egentium Lenunculis Deferenda Curavit (IIII. 154)

derivanda. Quae Domus Avita Fuerat Gentis Nobilissimae Vitelleschiae Ea .. Cum Iure Aquae Paullae Derivandae Pretio Gemmarum Permutata Ad Mensam Publicam Pietatis Pertinet In Vsum Operis Serici Et Ad Puellarum Egentium Tutelam (V. 220)

derivata. Aquis Per Novos Alveos Derivatis (V. 218)

didere aquam. Aqua Rite Piata Populo Diditur (IIII. 33) *Si dispensa al popolo l' acqua benedetta*.

dilabens. v. s. *haustus saluberrimi*.

dilapsa. v. s. *Curtia*, *et Caerulea*.

ducenda. Curator Aquis Ducendae (III. 66)

ducere aquam. Gratia Magna Tibi Rodulphi Magne Meam Tu
Per Duri Montis Viscera Ducis Aquam (II. 252)

duplicare. Pius (IIII.) .. Aquam Virginem Fonte Salonio Immisso Duplicavit (IIII. 218)

esse in usu. Imp. Titus Caesar Divi F. Vespasianus Aug. .. Aquam Quae In Vsu Esse Desierat Reduxit (II. 301)

fluens. Aquam Publicam In Privatum Aedificium Eius (Marci Cassiani) Fluentem Causa Cognita Ademerunt (IIII. 250)

impedita. Imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. .. Aquam Marciam Variis Kasibus Impeditam Purgato Fonte .. In Sacram Vrbem Suam Perducendam Curavit (II. 301)

implorans aquam. Precibus .. Ab Virgine Matre Petitum Vti Propitiata Caelestes Aquas Implorantibus Mitteret (IIII. 29)

implorata. Milites Christiani Contra Quados Pugnantes Caelesti Aqua Implorata Legionibus Romanis Opitulati Sunt (IIII. 128)

inducta. Aqua In Vrbem Inducta (IIII. 181)

influere. v. s. *uberior*, *ac pellucidior*.

intermissa. v. s. *Curtia*, *et Caerulea*.

interrumpere. Appiae Tractus Ad Piscinarium Quem Aquae Stagnantes Interruperant Pontibus Iunctus Aggeribus Munitus (V. 210)

interrupta, *perducta*. Aquae Vetustate Et Bellorum Ruinis Interruptae Restitutis Ductibus Refectis Fistulis Ad Vrbanos Fontes Perductae (II. 137)

ire, *cadere*, *fluere*, *pervenire*, *duci*. Quicumque Post Hanc Legem Rogatam Rivos Specus Fornices .. Sciens

Dolo Malo Foraverit Ruperit.. Quo Minus Eae Aquae Earumve Qua In Vrbem Romam Ire Cadere Fluere Pervenire Duci Possint.. In Populo Romano Ē. Millia Dare Damnas (*id est Damnatus*) Esto (I. 280)
lustrare aqua. Hue Pontif. (Stephanus VI.) Aqua Rite Piata Lustrati Agri Eoque Piaculo Locustarum Aversa Pestis (IIII. 162) *Coll' acqua santa data la benedizione alle campagne*.
mederi oculis. v. s. *plures*.
mittere aquam. v. s. *implorans*.
obrutus, et oppletus aquis. A Supplicatione Praeterea (Agape) Agros Aquis Obrutos Oppletosque Patefacto Sole Recreavit (IIII. 409. b)
perducenda. v. s. *impedita*.
perducere aquam. Aquas In Coloniam Perduxerunt (II. 129)
perducta. v. s. *Paulla*.
perire in aquis. Agape Exorante Divinitus Datum Laeliae Fausti Ne In Aquis Periret (IIII. 408. b)
piata. v. s. *didere aquam*. *lustrare aqua*.
praebere aquam. Aegeria Est Quae Praebet Aquam Dea Grata Camoenis (I. 448)
praeesse aquis. Placere Huic Ordini Eos Qui Aquis Publicis Praeessent Cum Eius Rei Causae Extra Vrbem Essent Lictores Binos Et Servos Publicos Ternos.. Habere (I. 286)
praefluere. C. Sennius C. F. Vol. Sabinus.. Aquas Iusque Eorum Aquarum Tubo Ducendarum Ita Vt Recte Praefluere Possint Vicanis Albinnensibus D. S. D. (I. 253)
reducere aquam. v. s. *esse in usu*.
reducta. Aqua Martia In Vrbem Reducta (IIII. 150)
restituere aquam. s. s. *alveus, et lacus*.
restituta. v. s. *Curtia, et Caerulea*.
rigare aqua. Frugibus Vt Densis Hortum Et Pomaria Ducta
Vt Tibi Per Sulcos Saepe Rigavit Aqua (III 217)
salire, distribui, dividi, immitti. Quo.. Minus.. In His Hortis Praediis Locis.. Aqua.. Saliat Distribuatur Dividatur In Castello Lacus Immittatur.. (I. 280)
stagnans corrivata. Quum Aloisius Valentius Gonzaga Card... Bevanam Aquis Stagnantibus Corrivatis In Mare Aucto Impetu Devolverit.. (V. 247)
—— *derivata*. Aquae Multis Locis Stagnantes In Profluentem Derivatae (IIII. 217)
sumere, haurire aquam. Quominus Ex Iis Fontibus Rivis Specubus Fornicibus Aquam Sumere Haurire Iis Quibuscumque Curatores Aquarum Permiserint.. Eius Hac Lege Nihilum Rogatur (I. 281)
tuere. v. s. *templa, vias, aquas, aerarium*.
AQVACOTTA. AE. *Acquacotta*.
Magisteria Franci Aquacottae Praef. (V. 191)
AQVAR. (Aquarum)
Proc. Aquar. Ē (IIII. 154. †)
Procurator Aquarum Centenario *appellatione a stipendiorum numero ducta (ibid.)*
Curator Aquar. Et Agger. Publicor. (V. 77) *Commissario, o Delegato Apostolico per gli affari d' acqua*.
Per Iosephum Vaium Cur. Aquar. Et Rip. Tib. (V. 210) *Presidente delle acque, e delle Ripe*.
AQVARIVM. II. *L' Acquario*.
Sol Aquario (I. 76. b) *Sole in Acquario*.
AQVARIVS. A. VM. *Da acqua*.
Quod Rivis Per Aestatem Subsidentibus Molae Aquariae Inutiles Fierent.. (V. 231) *Macine ad acqua*.
AQVATIO. NIS. *Il far acqua*.
Rivo A Fonte Aquationis Causa Deducto (V. 218)
AQVAVIVA. AE. *Acquaviva*.
Paschalis Aquaviva Aragonius (V. 76)
AQVIL. (Aquileia)
L. Cornelius L. Fil. Vell. Secundinus Aquil. Evoc. Aug. N. Quod In Vrb. Donum Vov. (Voverat) Aquil. (Aquileiam) Perlatum Libens Posuit (II. 29)
—— (Aquilifer) *Portatore dell' Insegna dell' Aquila*.
Aquil. Leg. V. Maced. Aquil. Leg. IIII. Scyt. (II. 329. †)
AQVILA. AE. *Aquila*.
Eq. Aquila Polon. (V. 98) *Cavaliere dell' Ordine dell' Aquila Bianca*.
—— *Aquila*. cit.
Petrus Moronus.. Communi Patrum Cardinalium Consensu Pontifex Maximus Factus Est Et Aquilae Consecratus (IIII. 196)
—— *a. p. Aquila*.
M. Aquila Iuliano (III. 10)
AQVILEIA AE. *Aquileia*.
Quod in Vrbe Donum Voverat Aquileiam Perlatum Libens Posuit (II. 92)
AQVILEIENSES. IVM. *Gli Aquileiesi*.
Graves Litterae A Pelagio (II.) Missae Ad Heliam Pontificem Aquileiensium Et Ad Omnes Venetiae Episcopos Vt A Perversa Sententia Dimoveret (IIII. 140)
AQVILEIENSIS E. *D'Aquileia*.
Dimidium Dioecesis Aquileiensis In Multos Annos Sublatum (IIII. 144)
Iura Pontificum Gradensis Et Aquileiensis Gregorii (II.) Litteris Definita (IIII. 149)
AQVILIA. AE. *Aquilia*.
Aquiliae Gallae (IIII. 7. †)
AQVILIFER. I. (Extr.) *Grande Aquila (Grado Cavalleresco)*
AQVILINA. AE. *Aquilina*.
D. M. Anniae Aquilinae (I. 166)
AQVILINVS. I. *Aquilino*.
Aemiliano II. Et Aquilino Cos. (I. 48)
AQVILIVS. II. *Aquilio*.
Q. Aquilius Dionysius (III. 200)
AQVILLIVS. II. *Aquillio*.
C. Aquillius Taurus (I. 205. a)
AQVILO. NIS. *Aquilone*.
Aquilo N. K. Aquilonis Vicit CXXX. Secund. Tulit LXXXVIII. Ter. Tul. XXXVII. (II. 217)
AQVINAS. TIS. *D' Aquino*.
Thomae Aquinati Doct. Vico Minerv. (IIII. 56) *Alla Minerva*.
AQVINATES. IVM. *Gli Aquinati*.
Nicolaus (II.).. Pontificem.. Aquinatium Honore Abire Iussit (IIII. 173) *Gl' impose di deporre il grado*.
AQVINVM. I. *Aquino*.
Nundinae Aquini In Vico Interamn. Minturn. Romae Capuae Casini Fabrateri. (II. 40)
AQVISGRANENSIS. E. *D' Aquisgrana*.
Legati Ab Concilio Aquisgranensi Ad Leonem (III.) Venere Consulturi De Additamento *Filioque* (IIII. 156)
AQVITANI. ORVM. *Gli Aquitani*.
Cohors I. Aquitanorum Equitata (II. 281. †) *Coorte prima Aquitana con soldati a cavallo*.
AQVITANIA. AE. *Aquitania*.
(Hadrianus) Eumdem (Pipinum) Regem Italiae Ludovicum Regem Aquitaniae Rite Consecravit (IIII. 154)
AQVITANICVS. A. VM. *D' Aquitania*.
Proc. Provinciarum Lugdunensis Et Aquitanicae (II. 283)
Tabulario Provinciae Lugdunensis Et Aquitanicae (II. 86)
AQVITVR pro ACVITVR.
Palus Aquitur (I. 76. a) *Si aguzzano i pali*.
Aquitur *lege* Acuitur; *est enim* Q *pro* C, *ut* Quoi *pro* Cui (I. 78. †)

AR

ARA. AE. *Ara. Altare* ¶ *Cippo sepolcrale.*
Aram ab Altari diversam esse censent Grammatici (Fest. Serv. vel. Virg. 5. v. 66), et in aris, quae humiliores sunt, supplicari tantum aut libari; in altaribus victimas quoque adoleri dicunt. quare hoc discriminis merito statuas inter aram et altare, ut altare nunc appelles, in quo merum fiat, aram vero quae sacri honore careat, cujusmodi quaedam in aediculis propter vias rure visuntur (I. 17. †) v. ALTARE.

Augusti. Sacerdos Arae Augusti Nostri (III. 64)

Circes. Aram Circes Sanctissimae Restituit Dedicat. XVII. K. Iul. (II. 24)

Deo. Deo Fulguratori Ara (I. 57)

Dianae. Ceterae *Leges Huic Arae Eaedem Sunto Quae Arae Dianae Sunt In* Aventino Monte Dictae . . (I. 62)

Gentis Iuliae. Descriptum Et Recognitum Ex Tabula Aenea Quae Fixa Est Romae In Capitolio Ad Aram Gentis Iuliae . . (I. 511. a)

Martis. Porticum Unam Extra Portam Trigeminam Emporio Ad Tiberim Adiecto Alteram A Porta Fontinali Ad Martis Aram Qua In Campum Iter Est Produxerunt (III. 207)

Numinis Augusti. Aram Numinis Augusti Dedicavit (II. 40)

Opis, et Cereris. Arae Opis Et Cereris Vico Iugario Constitutae Sunt (III. 95)

Pacis. Feriae Ex S. C. Quod Eo Die Ara Pacis Aug. In Campo Martio Constituta (III. 95)

Victoriae. H. D. (Hoc Die) Ara Victoriae In Curia Dedic. Est (I. 69. b)

donum arae. Si Quis Huic Arae Donum Dare Augereque Volet Liceto (II. 40)

lex. Eadem . . Lex Ei Dono Esto Quae Arae Est (II. 40)

sacerdos. v. s. *Augusti*.

solum arae. Uti Infimum Solum Huius Arae Est (I. 62)

vicus. Laribus Aug. Reg. I. Vico III. Ararum (II. 30) *Nella contrada delle tre are*.

aedicula, ara, septum. Aediculam Aram Septum Clusum Vetustate Diruta Restituit (I. 56)

et aedicula, et pulvinar. Licinia Virgo Vestalis Aram Et Aediculam Et Pulvinar Sub Saxo Sacro Dedicavit (III. 192)

cum basi. Aram Cum Basi Marmorea DIs Magnis Qualis Est In Ascutino Test. P. C. (II. 51)

basis, gradus, ara. Basim Gradum Aram Sua Pecunia Faciunda Coer. Eidemque Probaver. (I. 42)

imagines, et aedicula, et ara. Imagines Dominorum N. N. Et Aediculam Et Aram De Suo Fecerunt Dedicaverunt (II. 06)

loculus, et ara. Imagini . . Eius (Sancti Ignatii Loiolaei) Gypseae In Ipso Demortui Ore Effictae Loculum Et Aram P. C. (III. 24)

mensa, et ara. Mensam Et Aram Donum Dedit (III. 200)

cum ornamentis. Aram Cum Suis Ornamentis Ut Voverat D. D. (I. 54)

et pavimentum. Ex Voto L. M. (Libentes Merito) Aram Et Pavimentum S. P. (Sua Pecunia) Restituerunt (III. 91)

sedilia, stratum. C. Velleus A. L. Eros Sex Vir Aram Sedilia Stratum Dat (I. 539)

sigillum cum ara. Sigillum Cum Ara Huic Arae Superposuit (III. 99)

cum signo. Aram Cum Signo Ex Voto Posuerunt L. L. M. (Libentes Merito) (II. 249)

et titulus. Numen Caesaris Aug. P. P. Quando Tibi Hodie Hanc Aram Dabo Dedicaboque . . Uti Infimum Solum Huiusque Arae Titulorumque Est Si Quis Tergere Ornare Reficere Volet . . Ius Fasque Esto (II. 40)

requietorium. Requietorium Commune . . Ex Pecunia Collatitia Sibi Posterisque Condiderunt (V. 186)

sacrum. Christiani Asiatici Victoris Litteris Et Interdictione Sacrorum Communium A Quartodecumanis Tuendis Deterriti (III. 129)

salus. Quum . . Idem (Laurentius Riccardius) Instantia Studioque Suo Vnus Maxime Effecerit Vt Chirurgo In Municipium Deducto Saluti Communi In Perpetuum Prospiceretur . . Placere . . (V. 252)

sepulcrum. Fecit Vxori Incomparabili In Fundo Emmanuelis Fratris Sui Quo Corpus A Funere Translatum Est Ne Legibus In Commune Sepulcrum Inferretur (V. 164)

studium. Sodales Conscripti Aedem Vetustam Et Mariensis Sacris Addictam Communi Studio In Subsidium Egenorum Constituere (III. 353)

—— In Thraciae Finibus Vltimum Detonet Bellum Vt Communibus Studiis Hoste Christiani Nominis Debellato Vos Denique Europae Sacra Vos Religio Sit (III. 347)

suffragium. Placere Huic Ordini Vt Tantus Vir (Henricus Dux Eborac. Card.) . . Postquam Ei Omnium Voce Adclamatum Est Communibus Quoque Suffragiis Patronus Civitatis N. Adsciscatur (V. 249)

usus. Imp. Caes. Franciscus Pius Fel. Aug. Bibliothecae Suae Vsum Communem Fecit (II. 136)

* *Dii, Deaeque.* Ioui O. M. Fortunaeque Meliori Aug. Et Dis Deabus Que Communibus M. Gellius . . (III. 10)

* *esse commune.* v. s. *monumentum. puteum, et iter.*

facere. s. s. *aedes. hypogeum. usus.*

habere. Sententia In Omnem Iterum Dicta Ne Quis Sacra Cum Iis Communia Haberet (III. 176)

COMMVNIS. IS. *Commune.*

Vibia Sex. F. Communis (I. 183)

COMMVNITVS. A. VM. *Munito. Fortificato.*

arx. Arx Vrbana A Bonifacio (VIIII.) Communita (III. 203)

castra. Castra Ad Neapolim Communita Si Hostes Refecto Exercitu Auderent Accedere (II. 123. a)

coenobium. Aedes Laurentii Extra Pomoerium Ornata Et Coenobium In Proximo Communitum (III. 188)

iter. Pio VI. Pont. Max. . . Ob Cuius Providentiam Itineribus Communitis Et Aquis Paludum Corrivatis Appia Italiae Ager Pomptinus Vrbi Redditus Est (I. 57)

oppidum. Centumcellae Restitutae Oppido Muris Et Turribus Communito (III. 139)

opus. Novae Molis Operibus Iussu Eius (Pii VI) Communitis Sumptibusque Portui Perficiundo Suppeditatis (III. 61)

statio. Statio Praesidiariorum Centumcellis Conmunita (III. 325. a)

villula. Villulam . . Ad Fastigium Eductam Et Adversus Fluminis Impetum Communitam Absolvit Et Dedicavit (V. 250)

* *adversus impetum fluminis.* v. s. *villula.*

in proximo. s. s. *coenobium.*

maris, et turribus. s. s. *oppidum.*

COMMVTO. AS. *Cambiare.*

Episcopis Hispaniarum Praescriptum Ne Quis Sibi Successorem Mortis Causa Designaret Neve Pontificatus Commutarentur (III. 136)

COMNENVS. I. *Comneno.*

Auditae Legationes Alexii Comneni Aug. (III. 177)

Karolus Anguissola Secchius Comnenus Comes Coranensium Dynasta Caltinorum (V. 91) *Conte di Corana, Feudatario di Calcinuo.*

COMP. (Compitalia) (I. 69. b) *Feste degli Dei Compitali.*

COMPAGNONIVS. II. *Compagnoni.*

Aloisia Paulli F. Capitania . . Vxor Ioannis Compagnoni (III. 383)

COMPAR. IS. *Moglie.*

Cave . . ea praeferas nomina, quae inscriptiones eruditae aetatis non habent, iis neglectis, quibus res eadem in antiquis marmoribus constantissime designatur. uxor, *exempli causa, in epitaphiis eum', cui nupserit,* Maritum *aut* Conjugem *aut* Virum *appellat: et in Christianis titulis saepe et* Comparem *nominat (Rein. Cl. 20. n. 322. etc.): qua etiam voce pro Sodali usus est Plautus (Pseud. 4. 3. 9), quamque pro uxore usurpasse Horatius videtur (l. 2. od. 5. v. 2) (III. 28. †) Haec certe vox pro uxore usurpata legitur in duabus inscriptionibus, quas Gruterus affert (p. 760. n. 5. et 793. n. 9); sic ut usurpari fortasse, varietatis praesertim aut cujusdam etiam elegantiae causa, aliquando posse videatur, quemadmodum ab ipso usurpatur Morcellio in inscriptione CCCXXXXVI. Vol. V. cujus heic formula subjicitur.*

Ave Compar Suavissima Et Vale In Pace [Chi-Rho] (V. 168)

COMPARANDVS. A. VM. v. COMPARO.

bibliotheca. Bibliothecas Graecas Et Latinas Quas Maximas Posset Publicare Data M. Varroni Cura Comparandarum Ac Digerendarum (III. 108)

domus. Nec Vero Domibus Exstruendis Comparandisve Ex Magnis Rei Familiaris Detrimentis Pares Estis (IIII. 296)
frumentum. Curator Frumenti Comparandi (II. 65)
hortus, aedes, fundus. Hortis Aedibus Fundis Impensa Sua Comparandis Patrimonioque Tanti Operis Constituendo Argenteorum Italicorum Quatuordecim Millibus In Subsidium Addictis (IIII. 397)
* *et digerendus*. v. s. *bibliotheca*.
exstruendus, vel comparandus. v. s. *domus*.
* *aere*. Frumenti Aere Suo Comparandi Cura Suscepta (IIII. 85)

COMPARATVS. A. VM. *Apparecchiato. Adunato. Allestito* ¶ *Acquistato. Comperato.*
classis. Benedictus (VIII.) Comparata Classe Saracenus Ad Portum Lunensem Ingenti Proelio Delevit (IIII. 169)
exercitus. Rex Berengarius Exercitu Comparato Romam Accessit Et Insignia Imperii Sollemni Ritu A Ioanne (X.) Accepit (IIII. 164)
* *et auctus*. Eugenius (IIII.) .. Exercitu Comparato Et Copiis Tiburtium Auxiliaribus Aucto Senatum Pacem Petere Coegit (IIII. 184)
¶ *aedes, et fundus*. Aedibus Sibi Intra Pomoerium Fundis In Agro Comparatis (IIII. 288)
ager, et palus. Pius VI. Pontifex Maximus .. Agrum Meulanum Et Paludem Valanam Quaeque Cum His Continebantur Pretio Comparata In Fiscum Redegit (V. 215)
area. Speleum Violentia Ignis Absumptum Comparata Area A Republica Mediolanensi Pecunia Sua Restituit (II. 100)
liber. L. Tarquinius .. Superbus Rex .. Libros Sibullinos Reipublicae Comparatos II. Viris Inspiciendos Servandosq. Dedit (St. 127. b) *(Deest in edit. Pat.)*
solum. Pius VI. Pont. Max. Officinas Aerarias Incuria Temporum Intermissas Comparato Solo Aedibusque Ad Opificium Instructis .. Sua Impensa Restituit (V. 212)
* *pretio*. v. s. *ager, et palus*.
* *dono datus, comparatus, emptus*. Quae Dono Data Comparata Empta In Museum Ad Hanc Diem Inlata Dedicata Sunt .. Ea Omnia .. (II. 161)

COMPAREO. ES. *Comparire.*
Si Quid Nos Compareret Repeteret (II. 140)
Aliorum Qui Comparebunt Intra Dies Centum Corcyraeorum Magistratibus Sine Dolo Malo Tradantur Qui Non Comparebunt Quando Quisque Eorum Primum Inventus Fuerit Reddantur (II. 172)

COMPARO. AS. *Apparecchiare. Allestire* ¶ *Acquistare. Comperare* ¶ *Paragonare.*
exercitum. Innocentius (IIII.) .. Quum Exercitum Ad Regnum Siciliae Vindicandum Comparari Iussisset Anagniam Perrexit (IIII. 192)
* *conscribere, comparare*. D. Brutus Imp. Cos. Des. .. Cum Exercitum Tantum Tam Brevi Tempore Summo Studio Municipiorum Coloniarumque Provinciae Galliae Optime De Re Publica Meritae Merentisque Conscripserit Compararit Id Eum Recte Et Ordine Exque Re Publica Fecisse (II. 187)
constituere, comparare. Uti .. Ei .. Exercitui Quem Ipse (Q. Caepio Brutus Pro Cos.) Constituit Comparavit Praesit (II. 137)
* *brevi tempore, summo studio*. v. s. *conscribere, comparare*.
privato consilio, privata impensa. Annos Undeviginti Natus Exercitum Privato Consilio Et Privata Impensa Comparavi (II. 89)
¶ *libros*. Clemens XI. Pont. Max. Illis Edendorum In Urbe Librorum Exempla Bibliothecae Vaticanae Singula Decreto Addixit Veteres Ex Omni Oriente Plurimos Per Sim. Assemannum Comparavit (II. 152. a)

monumentum. Curatores Ex Test. Fecerunt In Monumento Quod V. Comparavit Sibi Et Iacobo Fratri Θ (V. 181)
aedes. Veteris Monasterii .. Amplissimas Sedes Providus Rerum Futurarum Sibi Comparavit (IIII. 398)
* *do, dona, comparo*. Usui Meae Quidquid Vivus Dedi Donavi Usibusque Eius Comparavi Concedi Volo (II. 115)
¶ *virtute, et auctoritate*. Quom C. Marius Avitus Is Vir In Collegio Nostro Esse Videatur Cui Virtute Et Auctoritate Pauci Comparari Nemo Antelatri Possit .. Placere Universis .. (II. 181)
* *antefero*. v. s. *virtute, et auctoritate*.

COMPELLO. IS. *Spingere. Cacciare.*
Rex Pipinus .. Eundem (Regem Astolfum) .. Expeditione Iterum Suscepta Ticinum Compulit (IIII. 152)
Cn. Pompeio Cn. F. Magno .. Quod Eius Ducto Auspicioque Classes Omnes Praedonum .. Depressae Captae Ultra Oceani Ostium Compulsae Sunt (III. 193)

COMPENSO. AS. *Compensare. Uguagliare. Scontare.*
Quod D. N. Pius VI. Pont. Max. .. Passus Sit Ut Aeri Alieno .. Dissolvendo Pecunia Mutuo Ad Scutat. N. Millia VIII Ex Meam Eius Publica Suppeditaretur Ea Lege Ut Summae Parte Deducta Reditus Huius Annuus Mutuum Denique Compensaret .. Placere Ut .. (V. 259)
Pio VI. Pont. Max. .. Quod .. Iusta Civium Onera Privilegiis Communibus Compensarit (V. 55)

COMPERIO. IS. *Conoscere. Scoprire.*
Innocentius (VIII.) Quod Pacis Conditiones A Rege Ferdinando Violatas Comperisset Legatum Neapolim Misit Qui De Officio Admoneret (IIII. 210)

COMPESCO. IS. *Raffrenare. Reprimere.*
Perge Triumphator Inclite (Sancte Michael) Perge Rabidas Compescere Ereboque Claude Rursum Minitantes (IIII. 410. a)

COMPESTRIS. IS. *Campestre.*
P. Annaeo P. L. Campestri (II. 192)

COMPETITOR. IS. *Competitore. Concorrente.*
In Eius (Ioannis V.) Locum F. E. Conon Qui Petrum Et Theodorum Competitores Habuit (IIII. 147)
Seditione Ob Praefecturam Urbis A Competitoribus Conflata (IIII. 180)

COMPILANDVS. A. VM. v. COMPILO.
Cincius Gregorium (VII.) Illico Emisit Et Fuga Arrepta Domum Et Bona Populo Compilanda Reliquit (IIII. 174)

COMPILATIO. NIS. *Spoglio. Saccheggio.*
Gensericus Dux Vandalorum Leone (Magno) Deprecante Ab Incendio Urbis Et Compilatione Aedium Sacrarum Milites Cohibuit (IIII. 136)

COMPILATVS. A. VM. *Depredato. Spogliato. Saccheggiato.*
Saraceni .. Templis Petri Et Paulli Compilatis Agrum Circa Omnem Vastaverunt (IIII. 153)
Huic (Innocentio II.) Factio Seditiosorum Anacletum Opposuit Qui Templo Vaticano Compilato Privatoq. Patrimonio Effuso Milites Scripsit Et Fautores Suos Ditavit (IIII. 182)
Per Id Tempus Sacri Thesauri Templi Lateran. Ab Isaaco Hexarcha Pulsis In Exilium Custodibus Compilati (IIII. 145)

COMPILO. AS. *Depredare. Spogliare. Saccheggiare.*
Renunciatum Est Nobis Fuisse Homines Tanta Audacia Atq. Improbitate Ut Aedem Matris Adiutricis .. Compilare Aggressi Aedituo Caeso Altare Ipsum Simulacrumq. Sanctae Virginis Ornamentis Omni Spoliaverint (IIII. 282)

COMPITALARIS. IS. *Addetto agli Dei Compitali.*
Dedit VI. Aug. Et Compitalaribus Aug. Et Mag. Vicorum HS. CXX. Vt . . (II. 085)

COMPITALIA. ORVM. *Feste degli Dei Compitali.*
Rem Divinam Nisi Compitalibus In Compito Aut In Foco Ne Faciat (II. 158)
Die Noni Popolo Romano Quiritibus Compitalia Erunt Quando Concepta Fuerint Nefas (II. 165)

COMPITVM. I. *Imboccatura di più strade* ¶ *Tempietto.* v. AEDES.
Rem Divinam Nisi Compitalibus In Compito Aut In Foco Ne Faciat (II. 158)
¶ Porticum Cum Apparatorio Et Compitum A Solo Pecun. Sua Fecerunt (II. 136)
Compitum Refecerunt Tectum Parietes Allevarunt Valvas Limen De Sua Pecunia Laribus Dant (III. 99)

COMPLECTOR. ERIS. *Abbracciare* ¶ *Comprendere. Contenere.*
natum. Infelix Mater Natum Est Complexa Iacentem
Occidit Angue Puer Victa Dolore Parens (III. 189)
¶ *urbem.* Placere Vniversis Vt Qui Vrbem N. Patria Caritate Complexus Sit Honoris Virtutisque Caussa Civitas Ei Quam Optimo Iure Detur (V. 254)
* *caritate.* v. 2. *urbem.*
¶ *acta.* Arator Acta Apostolorum Quae Versibus Complexus Erat Ad Petri In Exquiliis Recitavit (IIII. 140)
nomen, et honores. Placere Vniversis Clypeum Ei (Marco Aemiliano Cardinali) Aereum Inauratum In Schola N. Poni Cum Inscriptione Quae Nomen Eius Honoresque Complectatur (IIII. 501)
* *versibus.* v. 2. *acta.*

COMPLENS. TIS. v. COMPLEO.
Heu Miseranda Iaces Philaenion Optima Nec Te
Mater In Ornatos Duxit Ovans Thalamos
Sed Tria Nondumetiam Complentem Lustra Cruentus
Vngue Genus Laniens Condidit Hoc Tumulo (II. 219)

COMPLEO. ES. *Compiere. Adempiere.*
Nonum Post Decimum Complerat Nobilis Annum
Vibia Crudeli Funere Rapta Viro (I. 438)
Quod . . Gestientium Populorum Vota Compleverit (Extr.)

COMPLETVS. A. VM. *Riempiuto.*
Ad Coercendas Inundationes Alveum Tiberis Laxavit Ac Repurgavit Completum Olim Ruderibus Et Aedificiorum Prolapsionibus Coarctatum (III. 103)
AreamRuderibus Completam In Planitiem Redigendam Locavit (III. 175)

COMPLEXVS. A. VM. v. COMPLECTOR.
amorem Dei, studium religionis, innocentiam vitae. A Teneris Annis Dei Amorem Religionis Studium Vitae Innocentiam In Exemplum Complexa (V. 166)
beneficentiam avitam, et laudes fratrum. Vltimus Senatoriae Domus (Abondius Rezzonicus) Avitam Beneficentiam Et Fratrum Eximiorum Laudes Imitatione Complexus (V. 96)
ingentia. Ingentia Quaeque Mente Complexus (V. 251)
inopiam. Egentium Inopiam Caritate Complexus (IIII. 375)
museum. Clementinum Et Pianum Museum Aede Complexus (IIII. 599)
ornamenta, et commoda patriae. Patriae Ornamenta Simul Et Commoda Animo Complexus (V. 249)
patriam. Patriam Caritate Complexus (V. 58)
singulos. Filiorum Multorum Parens Singulos Caritate Complexa (V. 163)
* *animo.* v. 2. *ornamenta, et commoda patriae.*
aede. v. 2. *museum.*
caritate. v. 2. *inopiam. patriam. singulos.*
cogitatione. v. 2. *ingentia.*
imitatione. v. 2. *beneficentiam avitam, et laudes fratrum.*
in exemplum. v. 2. *amorem Dei, studium religionis, innocentiam vitae.*

COMPLEXVS. VS. *Amplesso.*
Idem (Pius VI.) Vindobona Digressus Augusto Comite Eundem Quem Parens Filium Extremo In Complexu Illacrimantem Dimisit Illacrimans (IIII. 512. b)
¶ Quem (Pium VI.) . . Immissi Satellites Vibis Complexu Avulsum Regnoq. Spoliatum Post Senense Et Florentinum Exsilium . . In Gallias Abripiebant (V. 198)

COMPLVRES. IVM. *Più. Molti.*
aedes. Aedes In Vrbe Complures A Cardinalibus Pio (IIII.) Auctore Restitutas (IIII. 219)
cives, vel hospites. Cives Romae Hospitesve Pestilentia Complures Periere (IIII. 003)
familiae. Vitalianus Borromeus Cardinalis . . Romae Devotas Deo Familias Vnus Complures Aluit Ditavit (V. 245)
loci. Rivos Aquarum Compluribus Locis Vetustate Labentes Refecit (III. 105)
oppida. Appius Claudius C. F. Caecus . . Complura Oppida De Samnitibus Cepit (I. 263)
proelia. L. Licinius L. F. Lucullus . . Triumphavit De Rege Ponti Mitridate Et De Rege Armeniae Tigrane Magnis Vtriusque Regis Copiis Compluribus Proelus Terra Marique Superatis (I. 268)
pueri. Petrus Iac. F. Vbertius . . Pueris . . Compluribus Arte Nova Vitam Ab Infantia Propagavit (V. 103) *Coll' innesto del vaiuolo vaccino.*
victoriae. *Q. Fabius* Q. F. Maximus . . Hannibalem Compluribus Victoris Ferocem Subsequendo Coercuit (I. 065)
urbes. Rex Iannes Apuliam Gregorii (VIIII.) Iussu Aggressus Vrbes Complures Cepit (IIII. 191)
* *Martyres.* Ignatius Qui Et Theophoros . . Amore Vnus Tanto In Deum Servatorem Incensus Quanto Clarissimas Martyres Simul Acsisse Complures Permagnum Sit (V. 241)
Nobiles. M. Porcius M. F. Cato . . In Censura Luxuriam Pullulantem Repressit Atque In Complures Nobiles Animadvertit (III. 196)

COMPLVRIENS. (II. 305. †) *Più, e più volte.* v. ALIQVOTIENS.

COMPONENDVS. A. VM. v. COMPONO.
controversia. Concilium Vocatum Ad Componendas Britannorum Controversias (IIII. 143)
foedus. Michael Aug. Legatos Constantinopoli Ad Leonem (III.) Misit Foederis Componendi Causa (IIII. 156)
gratia. Quum Paullus Franciscus Antamorus Card. . . Ea In Nos Voluntate Esse Videatur Vt . . Pontificatu Nostrae Civitatis Suscepto Spem Fecerit Ad Bene Regendos Civium Animos Componendamque Inter Eos Gratiam Se Apud Nos Parentis Loco Futurum . . Placere Huic Ordini . . (IIII. 287)
res. Paullus (III.) Cardinales Duos In Germaniam Et Galliam Ad Res Componendas Legavit (IIII. 016)

COMPONO. IS. *Comporre* ¶ *Formare* ¶ *Seppellire.*
aversos. Paullus (V.) Ioannem Mellinum Card. In Germaniam Legavit Vt Regem Mathiam Et Rodulfum Aug. Aversos Componeret (IIII. 024)
controversias. De Controversiis Inter Genuateis Et Veiturios In Re Praesenta Cognoverunt Et Coram Inter Eos Controversias Composeiverunt (I. 239. †)
dimicantes. Legati A Ioanne (XXII.) In Siciliam Missi Qui Regem Fridericum Et Regem Robertum De Regno Dimicantes Componerent (IIII. 199)
discordias. Benedictus (XI.) . . Nicolaum Pratensem Card. Florentiam Misit Qui Civiles Discordias Componeret (IIII. 198)

motus. Imperat. (Imperator Conradus) Vt Civiles Motus Componeret In Vrbem Venit (IIII. 170)
res. Legati Constantinopolim Iterum Missi Qui Res Componerent (IIII. 138)
—— Idem (Leo VIIII.) In Germaniam Ad Aug. Profectus Res Bello Turbatas Composuit (IIII. 171)
• *Pisanos cum Genuensibus*. Innocentius (III.) Itinere In Etruriam Suscepto Vt Pisanos Cum Genuensibus Componeret Perusiae Anno XVIIII. Pontific. Sui Mortuus Est (IIII. 189)
Regem cum Rege. Clemens (VIII.) Alexandrum Medicenm Card. In Galliam Legavit Si . . Regem Hispaniae Cum Rege Galliarum Componere Posset (IIII. 223)
• *adventu*. Theophano Aug. Regis Othonis Mater Romam Venit Et Adventu Suo Res Italiae Composuit (IIII. 167)
¶ *religio, atque innocentia*. Quieti Et Memoriae Antau. Eugenl Visconti V. E. . . Quem Doli Nescium Vitae Integrum Religio Atque Innocentia Composuerunt (V. 75)
¶ *corpus*. Heic Compositum Est Corpus Ioan. Iacobi Cassae Rectoris BeneficiarI Pettiani (V. 218) *Benefiziato della Rettoria di S. Pietro.* v. BENEFICIARIVS. A. VM.
exsuviae. Heic Exsuvias Meas Composuit Martinengus Pater Quum Vixissem Hum V. (V. 476)
matrem. Filii Moerentes Matrem Incomparabilem Apud Atestinos In Sacrario Maiorum Composuere (IIII. 383)
me. At O Vm Valete Superstites Filii Carissimi Et Quom Me Composueritis Pacem Pie Precati Annos Permtae Vitae Adscribite Patri Amantissimo B. M. (V. 132)
parentem. Heic Moesta Domus Prinsarum Procerum Parentem Optimum Compsuit . . (IIII. 378)
uxorem. Heic Acerbo Funere Tristis Victoriam Cogrosiam Aloisius Chinca Vxorem Suam Pientissimam Composuit Gentis Vtriusque Amorem Meritam (IIII. 387)
• *ante annum*. Vti . . Iussit Prope Matrem Conditus Est Quam Ante Annum Composuerat (V. 123)
apud maiores. Maritus Moerens Composuit Apud Maiores Sum (V. 171)
cum lacrimis. Pisonenses Primum Com Lacrimis Composuere Loco Quem Sibi Virus Designarat (V. 90)
flente familia. Carus Bonis Omnibus Nulli Gravis Eumdem Toto Mecum Flente Familia Composui VI. Non. Iulias (IIII. 373)
flentes. Te Flentes Composuimus Annum Natum LXVII. (IIII. 376)
in pace ☧. Heic Composita Est In Pace ☧ Francisca Rattia (V. 173)
—— Heic In Pace ☧ Composita Est Rom Rossio Nata (V. 170)
moerens. v. s. *apud maiores*.
placida pace. Heic Placida Pace Compositus Est Hieronymm Secchiana (V. 158)
—— Placide Heic Pace Composita Est Iulia Domia. Poli Filia Vxor Faustini Gussagi (IIII. 384)
prosequutus desiderio, et lacrimis. Magdalene Vxor Composuit Desiderio Et Lacrimis Prosequuta (V. 137)
ubi. Parentes Miseri Franc. Capriolius Helena Vgonia Composuere Vbi Et Natus . . (V. 176)

COMPOS. TIS. *Chi gode. Chi ha ottenuto.*
mentis. Donec Mentis Compos Fiat Et Convalescat (IIII. 225)
voti. Cultores Caelestium Patronorum Vrbe Conservata Atque Aucta Voti Compotes Supplicationem Ad Gratias Rite Agendas Gestienti Populo In Diem VI. Kal. Iulias Indixerunt (V. 262)
—— Voti Compos Dedicavit (IIII. 4)
—— Voti Compos Fiet (IIII. 326)
—— Voti Compos Redditus (IIII. 92)

votorum. Ordo Et Populus Senogall. Votorum Compos Faustum Felicemque Reditum Gratulatur (IIII. 310)
• *precibus*. Deo Magno Aeterno L. Statius Diodorus Quet Se Precibus Compotem Fecisset V. S. L. M. (I. 36) Compos precibus *idem, atque* Compos voti, *sive qui jam ea, quae precatus fuerat, impetravit.* Compotem *autem et patrio et ablativo casui junxere veteres: Livius (l. 3. c. 35. n. 70)* Praedaque ingenti compotem exercitum reducunt *(ibid. p. 37. †)*

COMPOSITE. *Compostamente.*
Qui Quaere In Supplicationem Venient . . Modeste Composite Procedunto Patriae Religionem Et Pietatem Praeferunto (II. 164)

COMPOSITVS. A. VM. *Composto* ¶ *Seppellito.*
controversia. Pisanorum Ac Genuens . . Controversiis Compositis (IIII. 182)
foedus. Foedus A Clemente (VII.) Compositum Cum Rege Karolo (IIII. 215)
pax. Pax Summa Italiae Laetitia Composita (IIII. 191)
res. Constantinos Rectis Consiliis Augusto Datis Rebusque Compositis In Italiam Redit (IIII. 149)
seditio. M. Valerio M. F. Maximo Dictatori Quod Seditionibus Civium Compositis Ciloioque Genme Cum Plebe In Gratiam Reducto Etruriam Sine Vllo Proelio Pacaverit (IIII. 199)
• *arbitrio*. Legati A Rege Pipino Missi Eiusque Arbitrio Res Compositae (IIII. 152)
conditionibus aequis. Rege Henrico II. Auctore Paulli (IIII.) Controversiae Cum Rege Philippo Catholico Aequis Conditionibus Compositae Et Exsules Reducti (IIII. 318)
ex sententia omnium. CIvium . . Controversiis Ex Omnium Sententia Compositis (II. 170)
iterum. Pax Iterum Inter Regem Hugonem Et Albericum Principem Composita (IIII. 165)
per Italiam. Rebus Per Italiam Pleramque Compositis (IIII. 167)
per Legatos. Res Insubriae Per Legatos Compositae (IIII. 200)
¶ *corpus*. Corpus Heic In Pace ☧ Compositum Francisci MatezziaI Archipresbyteri (V. 114)
parentes. Parentes Filiam. XIIII. Integritate Summa Amore Pari Concordes Ambo Post Aurelium Puerum Compositi (V. 183)
• *ad votum*. Fratri Carissimo B. M. Ad Votum Eius Inter Sodales Vetares Composito Fec. Cur. ☧ (V. 80)
apud Meltienses. Compositus In Pace ☧ Apud Meltienses Sum (V. 106)
in ipsa senectute. Franco Nicol. F. Pontio . . Quem Boni Omnes In Ipsa Senectute Compositum Ob Insignem Pietatem Adhuc Requirunt (IIII. 380)
in pace. v. s. *apud Meltienses*.
inter sodales. v. s. *ad votum*.

COMPREHENDO. IS. *Prendere. Imprigionare.*
Quum Iam Legatus (Ab Rege Henrico Rolandus) Comprehenderetur Gregorius (VII.) Praefectum Vrbis Quominus Vim Inferret Cohibuit (IIII. 275)
Rex Henricus Vrbem Ingressus Paschalem (II.) Quod Insignia ImperI Nisi Iure Decederet Ei Se Daturum Negabat Violata Fide Comprehendi Iussit (IIII. 179)

COMPREHENSVS. A. VM. *Preso. Imprigionato* ¶ *Compreso.*
Vt Sacerdotes Eius Sacri (Bacchanalium) Omnes Conquirerent Comprehensosque Libero Conclavi Ad Quaestionem Servarent (IIII. 134)
Crescentius In Arce Cum Duodecim Coniuratis Comprehensus Et Capitis Damnatus (IIII. 168)
¶ C. Caecilius Felix Et C. Caecilius Vrbicus Locum Ita Vti Est Concameratum Parietibus Et Pila Comprehen-

sis Longum P. VI. Latum P. VIIS. Consecraverunt Sibi . . (I. 198)

COMPRENSVS. A. VM. *Preso.*

In Quartum Surgens Comprensus Deprimor Annum
Cum Possem Matri Dulcis Et Esse Patri (I. 459)

COMPRESSVS. A. VM. *Soppresso* ¶ *Represso.*

Ea Pecunia Qua Frumentarios Ob Annonam Compressam Damnarunt (II. 98)

¶ Motu Oriente Turcarum Compresso (III. 323. 2)

Gregorius (XII.) Se Arce Sepsit Tumultu Compresso Viterbium Profectus Est (III. 204)

COMPRIMO. IS. *Sopprimere* ¶ *Reprimere.*

annonam. Quum Annona In Dies Ingravesceret Eamque Negotiatores Frumentarii Quo Carius Vendant Compressisse Arguantur Senatui Placere Vt . . (II. 54)

¶ *conatum.* Huic (Bonifacio II.) Factio Seditiosorum Dioscorum Opposuit Cuius Tamen Conatus Mors Brevi Compressit (III. 139)

motum. Motum Orientem Sarmatar. Compressit (II. 89)

tumultum. Huius (Ioannis VI.) Opera Tumultus Italiae Adversus Theophylactum Hexarcham Compressus Est (III. 148)

COMPROBATVS. A. VM. *Comprovato.*

Quam V. E. Thomas Antonius Anticius . . Rem . . Ita Perfecerit Vt . . Immobilem Fidem D. N. Pii VI. Iudicio Comprobatam Conservaret . . Placere . . (V. 251)

Recentia Haec Et Nota Omnibus Ac Manifesta Tum In Ipso Etiam Funere Populi Sermonibus Praeconiisque Comprobata (III. 230)

COMPROBO. AS. *Approvare. Comprovare.*

acta concilii. Vigilius . . Exposita Sententiae Suae Formula Acta Concilii Comprobavit (III. 141)

animum, sollertiam, fidem. Quieti Et Memoriae Leopoldi De Gregorio V. C. . . Cuius Animum Sollertiam Fidem Post Neapolim Hispanis Mirata Est Rex Maximus Vtrobique Expertus Iudicio Suo Comprobavit (V. 98)

curam sacrorum, et disciplinam morum. Fl. Publiciae V. V. Max. . . Cuius Religiosam Curam Sacrorum Et Morum Praedicabilem Disciplinam Numen Quoque Vestae Comprobavit (II. 67)

iudicium. Patres Cardinal. Qui Eum (Gelasium) Sequuti Fuerant Callistum II. Successorem Designarunt Iudiciumq. Eorum Qui Romae Erant Communi Consensu Comprobaverunt (III. 180)

opus. Moderatores Rerum Gerendarum Opus Expetitum Ex Auctoritate Publica Lustraverunt Idemque Comprobaverunt (V. 227)

rationem. D. N. Imp. Caes. Francisco Leop. Aug. F. Aug. . . Quod . . Totam Institutionis Rationem Comprobarit . . Praefecti Clinices Tradendae Dedicavere Principi Optimo Indulgentissimo (III. 356)

virtutem. Quum . . Dominicus Nardinus V. C. . . Integritate Constantia Fide Hoc Meruerit Vt Singularis Eius Virtus Optimi Principis Iudicio Comprobaretur . . Placere Huic Ordini . . (III. 292)

* *lustro, et comprobo.* v. s. *opus.*

* *ex auctoritate publica.* v. s. *opus.*

communi consensu. v. s. *iudicium.*

iudicio. v. s. *virtutem.*

COMPSE. ES. *Compse.*

Atilia Compse (I. 16)

COMPTVS. A. VM. *Acconciato. Adorno. Aggiustato* ¶ *Colto.*

calathus. Fert Nice Calathum Plexo De Vimine Comptum Sedula Qua Nevit Fila Colum Arsinoe (III. 339)

templum. Templum Ab Inchoato Intra Annum XIIII. Felici Molitione Absolutum Et Omni Instrumento Ornatuque Comptum Populi Plaudentis Studio Subsidiisque Perfecerunt (III. 351)

¶ *et ornatus.* Steph. Benedictus Pallavicinius . . Horatium Donavit Italia Comptum Ornatumque Elegans Ipse Et Doctus (V. 246)

* *animo.* Hinc Avolavit Ad Superos Rosa Hieronyma Hier. F. Francinettia . . Quam Mitissimo Animo Comptam Innocentia Religio Pietas Et Exoptata Caelestis Convivii Pastio Dudum Perfecerat (III. 388)

COMPVLSVS. A. VM. *Costretto. Forzato.*

Neapolis Ad Deditionem Compulsa (II. 123. 2)

COMPVTANDO. *Nel contare.*

Dionysius Exiguus Cyclum Suum Edidit Annos Christianos Primus Computando Vsurpavit (III. 139)

COMVM. I. *Como.*

Testamento Suo HS. N. XXX. Municipibus Comensibus Legavit Quorum Reditu Quotannis Per Neptunalia Oleum In Campo Et In Thermis Et Balineis Omnibus Quae Sunt Comi Populo Praeberentur (II. 114)

CON. (Coniux)

Con. Sanctiss. Castae Incomparabili (I. 165)

—— (Constituit)

Ann. D. C. C. C. LXXIIII. Nat. Vibia P. Cir. Con. (Populo Circenses Constituit) (I. 396)

—— (Consularis)

Audentius Aemilianus V. C. Con. Cam. (Vir Clarissimus Consularis Campaniae) (I. 233)

CONANS. TIS. v. CONOR.

H. S. E. Antonius Laeli F. Beccalossius . . Quem Plura In Dies Conantem Maximo Bonorum Luctu . . Mors Intercepit (V. 128)

CONATVS. VS. *Sforzo. Tentativo.*

Huic (Bonifacio II.) Factio Seditiosorum Dioscorum Opposuit Cuius Tamen Conatus Mors Brevi Compressit (III. 139)

Ariulfi Ducis Spoletinorum Conatus Gregorio (Magno) Auctore Repressi (III. 140)

Non Acies Ferri Non Clausis Moenia Portis
Conatus Tenuere Meos Domat Omnia Virtus (I. 450)

CONCA. AE. *Conca.*

Conca Equos (III. 257)

CONCAMERATIO. NIS. *Stanza a volta. Nicchia.*

Imp. Caes. Nervae Traiani . . Imagines Parastaticas Cum Suis Ornamentis Et Regulis Et Basibus Et Concamerationa Petrea . . Posuit Donumque Dedit (III. 97) *Immagini d' argento impostate ne' pilastri co' loro ornamenti, e cornici, e basi, e nicchie.* v. IMAGO *argentea parastatica.*

CONCAMERATVS. A. VM. *Messo a volta.*

Locum Ita Vti Est Concameratum Parietibus Et Pila Comprehensis . . Consecraverunt Sibi . . (I. 198)

CONCAVVS. A. VM. *Concavo.*

Dona Bonus Patriae Tot Tantaque Contulit Adde
Omnibus Haec Celsi Concava Septa Tholi (III. 224)

CONCEDO. IS. *Concedere. Cedere* ¶ *Andare. Ritirarsi.*

diaetam, et cellarium. Fortunio Liberto Meo Ex Domo Mea Quam Libertis Dedi Diaetam In Qua Habitabam Item Cellarium Iunctam Eidem Diaetae Ab Herede Meo Concedi Volo (II. 115)

ius. Cui Imp. . . Ius Commune Liberorum Concessit (II. 143)

loca. Loca Duo Concessit Sepulturae Intus In Monimento Suo Ennio Publico Liberali Et Sulpiciae Tertullianae Coniugi Eius (II. 118)

partem dimidiam. Cui Pars Dimidia Huius Monumenti Concessa Est Ab C. Maecenate (II. 118)

—— *sextam.* Quorum (Fundorum) Partem VI. Legis Falcidiae Nomine Deductam Ab Tutoribus Septimiae Pri-

ecae Matris Suae Lepida Septimina Populo Concessit (III. 115)

quidquid. Vxori Meae Quidquid Vivus Deli Donavi Vsibusque Eius Comparavi Concedi Volo (III. 115)

urbes, et agros. In Animo Habere Carthaginiensibus Victis Se Vrbes Et Agros Concessisse Non Vt In Pace Eriperent Per Iniuriam Quae Iure Belli Non Ademissent (III. 141)

* *aequus.* Hic Et Clarenses Meritis Concedimus Aequi Quippe Prior Debet Patrio Cive Frui (V. 297)

* *frui.* Dilectis Heres His Solemve Admisit Et Aura Concessit Nobis Liberiore Frui (II. 232)

* *meritis.* v. s. *aequus.*

populo. v. s. *partem sextam.*

uxori. v. s. *quidquid.*

¶ *confero me.* Honorius (III.) Ob Turbas A Parentio Senatore Excitatas Tibur Concessit Inde Reate Se Contulit (III. 190)

* *ad fratrem.* Bianca . . Virgo Dominiciana . . Quum Ex Indulgentia PII VII. Pont. Max. Venetias Ad Fratrem Concessisset In Sodalium Cognominum Contubernium . . Vicetiam Progressa . . Diem Laeta Suum Obivit Sanctissime (V. 160)

Casinum, Beneventum. Victor (III.) Casinum Deinde Beneventum Concessit (III. 176)

* *ex auctoritate.* Ipsi (Legati Ab Hadriano Missi) Et Pontifices Vniversi Ex Auctoritate Irenes Aug. Nicaeam Concessere (III. 154)

ex indulgentia. v. s. *ad fratrem.*

huc. Huc Laribus Vacuis Primo Concessimus Aevo Vtroque Impubes Orba Parente Manus (V. 293)

in arcem. Alexander (VI.) In Arcem Concessit (III. 211)

in insulam. Candidianus Pontifex Metet Aquileiensium Bito Factus In Insulam Gradum Concessit (III. 145)

in monasterium. In Monasterium Virginum Claralium Mariae Sanctae Nivalis Laeta Libens Concessit Vni Victura Deo (V. 159)

in templum. Ave Severine Martyr Quando Romae Anagniam Praeferens Huc Ad Nos Volens Propitius Cyriacae Ex Arenariis In Templum Andreae Apost. Laeta Pompa Concessisti . . (III. 509)

laeta pompa. v. s. *in templum.*

laetus libens. v. s. *in monasterium.*

volens propitius. v. s. *in templum.*

CONCENETVS. I. *Concenetο.*

D. M. M. Conceneti Marcellini (I. 257)

CONCENTVS. VS. *Concento. Armonia.*

sonoris. Aera Primipia Templi Grato Sonoris Concentu Populi Palaecensis Religionem Et Laetitiam Auctura . . Publico Dedicata Sunt (V. 40)

* *Ecclesiae.* Quieti Et Memoriae Petri Constanti F. Hippolyti N. Cacocchi . . Quo Auctore Et Magistro Sacri Ecclesiae Concentus In Mirabiles Modulos Excrevere (V. 232)

Musicorum. Concentus Musicorum In Aede Mar. Maior. Sub Occasum Solis (V. 45)

* *adoratio, supplicatio, concentus.* Adoratio Publica Sodalium Albatorum Supplicationes Concentus (V. 46)

laudatio. Cultores Eius (Aloisii Caelestis Patroni Iuventutis) Ad Synaxin Conveniunt Concentus Laudatio (V. 49)

—— *ignes ad laetitiam.* Vicinio Festo Cultu Ornata Concentus Laudatio Ignes Nocturni Ad Laetitiam (V. 41)

—— *preces, concentus.* A Meridie Laudatio Preces Concentus (V. 46)

* *gratus.* v. s. *sonoris.*

musicus. Placere . . Vt . . Viae . . Et Domus . . Concentu Musico Hilaratae Commune Omnium In Amantissimi Civis Honore Gaudium Et Voluntatem Testentur (V. 251)

sacer. v. s. *Ecclesiae.*

* *auctus in concentum.* Memoriae Ioan. Antonii Palazzi . . Cuius Opera Studio Impensa . . Turris Aera In Concentum Aucta . . Sunt (V. 255)

CONCEPTIVVS. A. VM (*Voce appartenente alle feste mobili*)

Conceptivae feriae, *inquit Festus*, festa dicebantur, quae incertis diebus servabantur quotannis, ut Sementivae, Compitalitiae. *nihil igitur differunt, quae nunc* Festa Mobilia *appellantur* (III. 56. †)

Hic Die Curiones Ferias Conceptivas Sollemnes Populo Indicunt (III. 52) *Le feste mobili.*

CONCEPTVS. A. VM. *Concepito. Espresso.*

Paschalis (II.) . . Gulielmi Ducis Imperium In Apuliam Bruttium Siciliam Conceptis Verbis Firmavit (III. 180)

CONCESSVS. A. VM. *Conceduto. Ceduto.*

beneficium. Vt Et Libenter Novo Beneficio Conferrem Et Ante Me Concessa Servarem (I. 234)

iura, et beneficia. Ab Hoc (Marino II.) Monachis Casinatibus Et Vulturnensibus Iura Omnia Et Beneficia A Pontt. Maxx. Aut A Superioribus Concessa Principibus Vno Diplomate Confirmata Sunt (III. 165)

liberi. Liberis Octo In Astra Transmissis Decem Aliis Sibi Divinitus Ad Omnem Pietatem Concessos . . Erudivit Formavit Perfecit (III. 387)

locus. Loco Sibi Concesso A Patronis Suis (I. 296)

* *Lusitaniae.* H. S. E. Ioannes Antinorius . . Quem Vrbs Ab Adolescentia Artibus Excultum Et Lusitaniae Concessum Magnis Operibus Clarum Laeta Recepit (V. 129)

CONCHYLIATVS. A. VM. *Tinto di porpora.*

Sodalibus Sanctae Virginis Hortensis Marcus Calpetanus . . Peristromata Conchyliata N. X. Ad Templum Festis Diebus Exornandum . . (III. 44)

CONCIDO. IS. *Cadere. Ruinare.*

Pius VI. Pont. Max. Aedem Coriae . . Quae Vi Terraemotus Conciderat . . A Solo Sua Impensa Refecit (V. 21)

Templum Paulli Via Ostiensi Concidit (III. 155)

CONCIEO. ES. *Muovere. Commuovere.*

Si Quis Circulator Plebem Per Eas Dies In Foro Aut Per Vicos Cantu Saltationibus Praestigiis Aliisve Ludicris Concierit Triumvirive Duumviris Ea Nomine Coercendi Multaeve Dicendae Ius Potestasve Esto (III. 279)

CONCILIABVLVM. I. *Luogo d' adunanza.*

Decemviri Supplicationem In Biduum Valetudinis Caussa In Vrbe Et Per Omnia Fora Et Conciliabula Edixerunt (III. 94)

Fora . . et Conciliabula *hic sunt agri Romani oppidula, in quibus jus dicebatur, et nundinae rusticorum fiebant: at Fora quidem appellata, quae frequentiora essent,* Conciliabula, *quae minus celebrarentur (v. Turneb. Ad. l. 1. c. 11) (ibid. †)*

CONCILIANDVS. A. VM. v. CONCILIO.

Bonifacius (VIIII.) Perusiam Civium Inter Se Conciliandorum Caussa Profectus Est (III. 202)

Huic (Hadriano IIII.) Rex Gulielmus Legatos Misit Honoris Habendi Et Gratiae Conciliandae Caussa (III. 184)

Vrbanus (V.) Bello Inter Britannos Et Gallos Exorto Regum Conciliandorum Caussa Avenionem Profectus (III. 201)

CONCILIATOR. IS. *Conciliatore. Paciere. Mediatore.*

confecta pax conciliatore. Pax Imtina Aug. Conciliatore Cum Episcopis Confecta (III. 138)

confirmare pacem. Sancto Ignatio Loiolaeo . . Quod Maiores Post Diuturna Dissidia Eo Conciliatore Pacem Cum Tiburtibus Confirmarint . . (III. 14)

constituta pax. Pax Francisco Gonzaga Conciliatore Constituta (IIII. 203)
dare pacem, et abstinere bello. Hoc (Imane VIII.) Conciliatore Ludovicus Aug. Adelgiso Pacem Dedit Belloque Abstinuit (IIII. 161)
depositae simultates. Simultates Rege Catholico Conciliatore Depositae (IIII. 211)
desaevire. Factio Seeutus Arnoldo Conciliatore Desaevit (IIII. 183)
facere foedus, et amicitiam. Pisani Cum Genuensibus Vgolino Card. Conciliatore Foedus Amicitiamq. Fecerunt (IIII. 189)
firmare pacem. Legatus A Magno Duce Moschorum In Vrbem Venit Vt Gregorio (XIII.) Conciliatore Pax Inter Eum Et Regem Polonorum Firmaretur (IIII. 220)
reddita pax. Pax Eo (Gregorio Magno) Conciliatore Italiae Reddita (IIII. 142)
sublatae dissensiones. Eo (Innocentio V.) Conciliatore Civiles Genuensium Dissensiones Sublatae (IIII. 195)

CONCILIATVS. A. VM. *Riconciliato. Pacificato.*
animos. Populorum Vbique Animis Romano Nomini Conciliatis (IIII. 312. b)
• *Primores Vrbis.* Henricus Aug. Primoribus Vrbis Sibi Conciliatis Insignia Imperl .. Iterum Accepit (IIII. 180)
Rex Galliarum. Rex Galliarum A Clemente (VIII.) Per Aldobrandinum Card. Duci Allobrogum Conciliatus (IIII. 223)
• *inter se.* Karolo Aug. Et Rege Galliarum Francisco Inter Se Conciliatis (IIII. 216)

CONCILIO. AS. *Riconciliare. Pacificare.*
animos. Leon Haec Augustae Nostrae Discordes Conciliasse Animos (V. 289)
• *Deo.* Ambrosius Sanctus .. Fl. Theodosium Aug. Ob Thessalonicensium Caedem Templi Aditu Prohibitum Deo Conciliavit (IIII. 264)
sibi. Anacletus Pontificem Mediolanensium Sibi Conciliavit (IIII. 182)
— *et Florentinis.* Clemens VII. .. Se Pacis Auctorem Professus Regem Galliarum Sibi Et Florentinis Conciliavit (IIII. 214)

CONCILIVM. II. *Concilio. Adunanza.*
Conventus. Concilium Conventus Cluniens. G. Marium Pudentem Cornelianum Leg. Leg. C. V. Patronum Sibi Liberis Posterisque Suis Cooptavit (I. 290) s. CONVENTVS ¶ *Concilium Conventus.*
Episcoporum. Hoc Pontifice (Victore) Concilium Episcoporum Convocatum Ad Controversias Paschalis Diei Dirimendas (IIII. 129)
• *acta Concilii.* Vigilius .. Exposita Sententiae Suae Formula Acta Concilii Comprobavit (IIII. 141)
auctoritas. Summa Inter Episcopos De Concilii Quinti Auctoritate Dissensio Fuit (IIII. 141)
controversiae. Regina Theodelinda De Controversiis Concilii Quinti A Gregorio (Magno) Edocta (IIII. 142)
decreta. Poenae Iis Irrogatae Qui Superiorum Conciliorum Decreta Contemnerent (IIII. 175)
indictum. Ludovicus Aug. Nicolao Ob Concilii Indicium Iratus Iter Ad Vrbem Suscepit (IIII. 160)
• *et ius.* Concilio Et Ius Omne Sacrum (Este.)
• *Aquisgranense.* Legati Ab Concilio Aquisgranensi Ad Leonem (III.) Venere Consultori De Additamento *Filioque* (IIII. 156)
Lugdunense. Legati Ab Eo (Ioanne XVIIII.) Constantinopolim Missi Qui Michaelem Aug. Ad Decreta Concilii Lugdunensis Tuenda Hortarentur (IIII. 185)
Metense. Reiecta Acta Concilii Metensis (IIII. 160)
Nicaeense. Athanasius Sanctus .. Concilio Nicaeensi Diaconus Interfuit (IIII. 263)
Nicaenum. Vitus Et Vincentius Presbyteri A Silvestro Legati Ad Concilium Magnum Nicaenum (IIII. 132)
Tridentinum. Episcopi Cardinales Ex Praescripto Concilii Tridentini Ad Ecclesias Quisque Suas Redire Iussi (IIII. 226)
• *magnum.* Concilium Magnum In Lateranum Ab Alexandro (III.) Vocatum Disciplinae Veteris Restituendae Causa (IIII. 187) *Concilio Generale.*
— *legitimum.* Concilium Magnum Legitimum Chalcedone Celebratum Est (IIII. 135)
quintum. v. s. *auctoritas. controversiae.*
sacrosanctum. Huic (Athanasio Sancto) Ecclesia Vniversa In Sacrosanctis Conciliis Summae Integritatis Veraeque Sententiae Testimonium Tribuit (IIII. 263)
sextum. Idem (Anastasius) Litteris Ad Pontificem Maximum Missis Se Vltro Concilium VI. Venerari Professus Est (IIII. 149)
superius. Vrbanus (II.) .. Concilio Indicto Decreta Superiorum Conciliorum Confirmavit (IIII. 177)
• *adversus.* Concilium In Vrbe Adversus Pontificem Aquileiensium Ob Incursionem In Fines Gradenses Factam (IIII. 170)
ex praescripto Concilii. v. s. *Tridentinum.*
• *absolutum.* Concilium Magnum In Laterano Absolutum (IIII. 215)
actum. Concilium Magnum Constantinopoli Actum (IIII. 141)
— *bis.* Concilium Episcoporum In Vrbe Bis Actum Adversus Nestorium (IIII. 135)
— *bis. primo, iterum.* Concilium Bis Actum Primo Ad Tuendum Adalbertum Pontificem Pragensium Iterum Vt Sancto Viro Vdalrico Pontifici Augustanorum Caelestes Honores Decernerentur (IIII. 167)
— *iterum.* Concilium Iterum Actum Adversus Monothelitas (IIII. 146)
— *quotannis.* Hoc Pontifice (Leone Magno) Concilium Episcoporum Quotannis Actum (III.) K. Octobr. Anniversario Initi Ab Eo Pontificatus Die (IIII. 135)
— *Caesaroduni, et Nemausi.* Concilium Ab Vrbano (II.) Bis Actum Caesaroduni Et Nemausi Disciplinae Veteris Retinendae Causa (IIII. 177)
— *in Vaticano.* Concilium Iterum In Vaticano Actum Adversus Iconoclastas (IIII. 150)
— *in Vrbe.* Concilium In Vrbe Actum Adversus Illicita Connubia (IIII. 149)
— *Romae.* Concilium Romae Actum Vt Librorum Census Fieret Et Auctoritas Cuiusq. Definiretur .. (IIII. 137)
iussu Othonis. Concilium Episcopor. Actum Othonis Aug. Iussu (IIII. 166)
— *in Concilio.* Actum In Concilio De Concordia Graecorum Et De Expeditione In Palaestinam (IIII. 194)
agere Concilium. Paschalis (II.) Itinere In Italiam Suscepto Concilium Ciperani Egit (IIII. 180)
celebrare. v. s. *magnum legitimum.*
celebratum. Concilium Magnum In Vrbe Celebratum Ad Lateranum (IIII. 213)
coactum. Concilio In Lateranum Coacto (IIII. 175)
— *eodem.* Concilium Eodem (Tudertem) A Silvestro (II.) Coactum (IIII. 169)
— *iterum.* Concilium Iterum Coactum Adversus Iovinianum (IIII. 133)
— *quinto.* Concilium Quinto Coactum In Lateranum Vt Concilii Superioris Acta Firmarentur (IIII. 180)
— *Senis.* Concilium Senis Coactum Pontificis Maximi Legendi Causa .. (IIII. 172)
— *Tarracinam.* Concilio Tarracinam Coacto (IIII. 176)

coactus ad Concilium. Coactis Ad Concilium Factionis Suae Episcopis (IIII. 175)
coeptum agi. Bellis Sublatis Concilium Tridenti Agi Coeptum (IIII. 217)
cogendum. Imp. Caes. Theodosius . . Ecclesiae . . Auctoritatem Reveritus Et Sectarum Fautores Aversatus Omnes Concilî Cogendi Auctor Paci Consuluit (V. 240)
cogere Concilium. Gregorius (VII.) In Lateranum Reductus Concilium Cogit (IIII. 176)
—— *quarto*. (Leo VIIII.) In Vrbem Regressus Concilium Quarto Cogit (IIII. 172)
continuatum. Concilium In Laterano Leone (X.) Praeside Continuatum (IIII. 213)
convocandum. Idem (Iulius) Concilium Magnum Sardicam Convocandum Curavit (IIII. 132)
convocare Concilium. Pius III. . . Dum Concilium Magnum Convocare Parat Die XXVI. Pontificatus Sui Morbo Interceptus Est (IIII. 212)
convocatum. Concilium Episcoporum Convocatum Adversus Origenem (IIII. 209)
—— *Ephesum*. Concilium Magnum Convocatum Ephesum (IIII. 135)
—— *in Lateranum*. v. s. *magnum*.
—— *in Vrbe*. Concilium In Vrbe Adversus Iudaeos Convocatum (IIII. 132)
—— *in Vrbem*. Concilio In Vrbem Convocato (IIII. 143)
damnatus in Concilio. Caelestius Carthagine In Concilio Damnatus Ad Pont. Max. Provocavit (IIII. 134)
delectus a Concilio. Cardinales Numero XXXIII. Et Cum His Proceres XXX. De Omnibus Nationibus A Concilio Delecti . . (IIII. 205)
dimissum. Laeti Tridento Nuncii Allati Concilium Magnum Absolutis Disputationibus Legibusq. Latis Omnium Concordia Dimissum (IIII. 219)
dissolutum, et reiectum in tempora commodiora. Concilium Tridenti Ob Terrores Bellicos Dissolutum Et In Commodiora Tempora Reiectum (IIII. 217)
esse in Vrbe. Concilium In Vrbe Fuit Ad Controversias Pontificum Maximum Italiae Dirimendas (IIII. 170)
evocatum, nec perductum. Concilium Magnum Basileae Agi Coeptum Eugenii (IIII.) Decreto Bononiam Evocatum Nec Perductum (IIII. 206)
indicendum. Actum Inter Eos (Clementem VII. et Karolum Aug.) De Concilio Magno Ecclesiae Caussa Indicendo (IIII. 215)
indicere Concilium. Innocentius (IIII.) Lugdunum Profectus Concilium Magnum Indixit (IIII. 192)
—— *in annum tertium*. Gregorius (X.) Concilium Magnum Lugdunum In Annum Tertium Indixit (IIII. 194)
—— *Mantuam*. Idem (Paullus III.) Concilium Magnum Indixit Mantuam (IIII. 216)
indictum. Hoc Pontific. (Eleutherio) Concilium Indictum (IIII. 128)
—— *adversus. iterum, et tertium. pro*. Concilium Indictum Ab Eo (Iulio) Adversus Factionem Arianorum Iterumque Et Tertium Pro Athanasio Pontifice Alex. Adversus Eusebianos (IIII. 337)
—— *contra*. Concilium Ab Hadriano (II.) Indictum Contra Photium (IIII. 160)
—— *ob. ad. adversus*. Hoc Pontifice (Dionysio) Concilium Indictum Ob Delatum Dionysii Pontificis Alexandr. Nomen Item Ad Controversias De Baptismate Dirimendas Item Adversus Paullum Samosat. (IIII. 130)
—— *rursus bis*. Concilium Rursus Bis Indictum Primo Actum De Administratore Ecclesiar. Illyricar. Secundo De Veteri Doctrina Adversus Eutychianos (IIII. 139)
—— *tertio*. Concilium Tertio Indictum Vt Iura Monacher. Glastoniensium Confirmarentur (IIII. 166)

—— *ad Lateranum*. Concilium A Gregorio (Magno) Indictum Ad Lateranum (IIII. 143)
—— *in Lateranum*. Concilium Magnum Ab Innocentio (II.) In Lateranum Indictum Ad Libidinis Et Avaritiae Licentiam Coercendam (IIII. 183)
—— *in Vrbe*. Indictum In Vrbe Concilium Veteris Disciplinae Retinendae Caussa (IIII. 132)
—— *Remos*. Concilio Remos Indicto (IIII. 180)
—— *Romae*. Concilium A Ioanne (VIII.) Romae Indictum Vt . . (IIII. 161)
—— *veteris disciplinae retinendae caussa*. Concilium Ab Eo (Siricio) Indictum Veteris Disciplinae Retinendae Caussa (IIII. 133)
—— *ut*. Concilium Ab Hoc (Agathone) Indictum Vt Vilfrido Pontifici Quem Eboracenses In Exilium Egerant Postliminium Daretur (IIII. 146)
interesse Concilio. v. s. *Nicaenae*.
legatus a Concilio. v. s. *Aquisgranense*.
—— *ad Concilium*. v. s. *Nicaenum*.
missus ad Concilium. Legati Ab Eo (Silvestro) Arelate Ad Concilium Episcoporum Missi (IIII. 132)
peractum. Martinus (V.) Peracto Concilio In Italiam Venit (IIII. 205)
pergere ad Concilium. Gregorius (X.) . . Lugdunum Ad Concilium Perrexit (IIII. 194)
perstans. Eugenius (IIII.) Concilium Basileae Perstans Quod Pontificem Maximum In Ordinem Redigere Auderet Dimissum Pronunciavit (IIII. 207)
pingendum. Populus Romanus Sex Concilia In Templi Vatic. Portico Pingenda Curavit Eaque Ne Delerentur Effecit (IIII. 149)
praeesse Concilio. Legati Constantinopolim Qui Concilio Magno Praeessent (IIII. 146)
revocare Concilium. Iulius III. . . Concilium Magnum Tridentum Revocavit (IIII. 217)
translatum. Concilium Magnum Paulli (III.) Iussu Tridento Ob Ingruentem Pestilentiae Metum Bononiam Translatum Augusto Non Probante (IIII. 217)
venerari Concilium. v. s. *sextum*.
venire ad Concilium. Pontifices Antistitesque Omnium Ordinum Qui Romam Ad Concilium Veniebant Terra Marique A Federico Capti Et In Custodias Coniecti (IIII. 192)
vocandum. Ioannes (XXIII.) . . Florentiam Progressus Legatum Ad Regem Sigismundum In Germaniam Concilii Vocandi Caussa Misit (IIII. 205)
vocare Concilium. Idem (Leo VIIII.) Concilium Remos Ob Veteres Mores Revocandos Moguntiacum Adversus Simoniacos Vocavit (IIII. 171)
—— *Florentia in Lateranum*. Eugenius (IIII.) Romam Reversus Concilium Florentia In Lateranum Vocavit (IIII. 207)
vocatum. Concilium Vocatum Adversus Photinum (IIII. 132)
—— *bis*. Concilium Bis Vocatum Adversus Laurentium (IIII. 138)
—— *iterum*. Concilium Iterum Vocatum Adversus Laurentî Factionem (IIII. 138)
—— *rursum*. Concilio Rursum Vocato (IIII. 171)
—— *tertio*. Concilium A Leone (VIIII.) In Vrbem Tertio Vocatum Adversus Simoniacos (IIII. 171)
—— *Constantinopolim*. Concilium Magnum Constantinopolim Vocatum Adversus Iconoclastas (IIII. 154)
—— *in Vrbem*. Concilium In Vrbem Vocatum Adversus Regem Galliarum Philippum Pulcrum (IIII. 197)
in Vrbem. Concilium A Ioanne (VIII.) In Vrbem Vocatum Imperatoris Creandi Caussa (IIII. 161)
vocatus in Concilium. Episcopi In Concilium Vocati Ad-

versus Ioannem Pontificem Ravennatium Tyrannice Dominantem (IIII. 159)

¶ *Caelitum.* At Ille (Octavius) Caelitum Concilio Sanctisque Insertus Patribus Securum Agit Aevum (IIII. 319)

* *insertus Concilio.* v. s. *Caelitum.*

CONCINENS. TIS. *Che canta. Che risuona.*

Graveque Putel Dulcibus Cantiunculis
Levare Curas Tristium Parentium
Sive Fidibus Sonare Concinentibus
Decenter Ad Lyram Moverl Membra Molliter (IIII. 335. b)

CONCIO. NIS. *Predica. Sermone. Discorso.*

ieiunia, et conciones. Ieiunia Et Statae Conciones Incipiunt (V. 43)

sacrum, et concio. Sacrum Sollemne In Templo Et Concio Adstante Pontifice Max. Cum Patr. Cardd. (IIII. 55)

—— *concio, precatio.* Sodalibus Bonae Morti Appetendae .. Templum S. Nicolai Magni Datum Adsignatum Est In Quod Statis Diebus Ipsi Liberi Posteriq. Eorum Ad Sacra Ad Concionem Ad Sollemnes Precationes Veteri Iure Conveniant (II. 57)

scripta, consilia, exempla. Ambrosius .. Sanctus .. Populum Omnesque Ordines Concionibus Scriptis Consiliis Exemplis Sanctissime Instituit (IIII. 264)

supplicatio. Initium Adventus D. N. Concio Supplicatio Stativa Ad VII. Altaria (V. 50)

threni. Concio Threni Mariae Perdolenti (V. 42)

* *pomeridiana.* Sollemnis In Aede Mar. Maior. .. Ibidem Concio Pomeridiana (V. 43)

sacra. Reddita Concionibus Sacris Auctoritas (IIII. 392)

stata. Statae Conciones Desinunt (V. 44)

tres. Conciones Tres At Catecheses Vacant (V. 42)

* *a concione.* A Concione Iter D. N. Ad Crucem Celebratur (V. 44) *Dopo la predica si fa la Via Crucis.*

post concionem. Post Concionem Adoratio Publica Sacr. Aug. (V. 45)

* *convenire ad concionem.* v. s. *sacrum, concio, precatio.*

conventus ad sacrum, et concionem. In Sacrarium Domus Pontificalis Conventus Patr. Cardd. Ad Sacrum Et Concionem Adstante Pontifice Max. (IIII. 52)

desinere. v. s. *stata.*

habere concionem. Alternis Diebus Concio Habetur (V. 49)

—— Ioannes Sanctus Doctor Chrysostomus .. Primus Sacerdotum Minorum Conciones Antiochiae Ad Populum Habuit (II. 150)

habita. Innocentius (IIII.) .. Sacro Ad Vaticanum Facto Et Concione Habita .. Augustam Perrexit (IIII. 192)

incipere. v. s. *ieiunia, et conciones.*

—— *haberi.* Conciones In Templis Haberi Incipiunt (IIII. 36)

instituere concionibus. v. s. *scripta, consilia, exempla.*

CONCIPIO. IS. *Intimare. Pubblicare.*

Oportere .. Caveri .. Ne Quod Sacrificium Publicum Neve Quae Supplicationes Nive Sponsalia Nive Convivia Publica Privata .. Fiant Concipiantur Indicanturve (II. 139)

Die Noni Populo Romano Quiritibus Compitalia Erunt Quando Concepta Fuerint Nefas (II. 165)

CONCITANDVS. A. VM. v. CONCITO.

Quum .. Magis In Seditione Concitandi Militis Adversus Vestrum Imperatorem Quam Pudoris Modestiaeque Pueritia Studiosiores Indignos Vos Esse Arbitror Qui In Meo Exercitu Ordines Ducatis (II. 179)

CONCITATOR. IS. *Concitatore. Istigatore. Sollevatore.*

Factis Senatus Arnoldo Concitatore Deserit (IIII. 183)

CONCITATVS. A. VM. *Eccitato.*

Seditio In Vrbe Odiis Factionum Ardentibus Concitata (IIII. 201)

CONCITO. AS. *Eccitare.*

Columnae .. Quod Seditionem Concitassent Armis Coerciti (IIII. 206)

CONCLAMO. AS. *Gridare.*

Litterae Ad Eum (Eugenium) A Petro Pontifice Constantinop. Venerunt Doli Plenae Quas Populus Romanus Vniversus Quum Recitarentur Reiiciendas Conclamavit (IIII. 145)

Conclamatum Ad Arma (IIII. 174)

CONCLAVE. IS. *Stanza. Sala. Gabinetto* ¶ *Conclave.* v. ATRIVM.

diagrammatum. Conclave Laudatorum Diagrammatum Biblioth. Vatic. Adtributum (IIII. 325. a)

peristromatis. Peristromatis Purpurati Conclavia II. Citrini Totidem (II. 142)

* *Patrum Canonicorum.* Conclavibus Patrum Canonicorum Aedibusque Familiaricis Ad Latera Extructis (V. 14)

Xenodochii. D. N. Imp. Caes. Francisco Leop. Aug. F. Aug. .. Quod Summu Xenodochii Regalis Conclavia In Quibus Adolescentes Ad Salutares Artes Erudiuntur Excitantur Benignus Propitiusque Lustraverit (IIII. 356)

* *atrium, et conclave.* Atria .. Et Conclavia Picturis Exornata (IIII. 220)

porticus, scala, aedes, conclave. Domus Pontificalis In Quirinali Porticibus Scalis Aulis Conclavibus Aucta (IIII. 325)

sive sacrarium. Conclave Hoc Sive Sacrarium Altari Condito Dedicatum Est Quod .. (IIII. 27)

* *bina.* Paullus V. Pont. Max. Hic Bibliothecae Vaticanae Conclavia Adstruxit Bina (II. 151. b)

liberum. Vt Sacerdotes Eius Sacri (Bacchanalium) Omnes Conquirerent Comprehensosque Libero Conclavi Ad Quaestionem Servarent (IIII. 134)

summum. v. s. *Xenodochii.*

tertium. Clemens XII. Pont. Max. Hic Bibliothecam Vaticanam Ad Tertium Conclave Produxit (II. 152. b)

* *abditum.* Domus Pontificales Lateranensis Et Vaticana Conclavibus Additis A Caelestino (III.) Ampliatae (IIII. 188)

adstruere conclave. v. s. *bina.*

adtributum. Conclave In Proximo Digerendis Naturae Antiq. Exemplis Adtributum (V. 54)

